
DISSERTATIO ACADEMICA
CONTINENS
CURIOSA JURIS-FEUDALIS

Quam

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA,
MAGNIFICO JCTORUM ORDINE IN ILLUSTRI
ACADEMIA GERANA INDULGENTE,
SUB PRÆSIDIO
VIRI
EXCELLENTISSIMI AC CONSULTISSIMI
DN. GEORGII HENRICI
Brückners/
J U. D. P. P. nec non JUDICII ELECTORALIS
MOGUNTINI ASSESSORIS
GRAVISSIMI,
publicè exhibebit
JOHANN-AUGUSTUS Brandis/
IN AUDITORIO COELICO
ad diem Julii Anno 1687.



EDITIO SECUNDA
auctior & correctior.


ERFORDIÆ, Litteris Müllerianis.



DISSERTATIO ACADEMICA
continens
CURIOSA JURIS FEUDALIS.

THESIS I.

Feudum unde deducatur?



Eudum optimè ab Italica voce fede, fide, 2. *Feud.* 3. *in fin.* Germanicum verò Lehn haud inconcinnè à Lehnen deducitur. Ita enim Dn. Struv. *Obser. Feud. p. m.* 10. Appellationis Germanicæ Lehn originem tradit Cl. Boxhornius *de Trapezitis p.* 809.

Lehn unde?

„Multa, inquiens, jam secula sunt, & ipsorum propè annalium memoriam excedunt, cum Germanorum Principes, atrocissimis bellis, sive ex libidine propagandi Imperii, sive ex necessitate illigati, illisque ære suo, & eo quod ex publico collegerant, sustentando non essent pares, alienum ex subditorum opulentioribus contrahere coacti, usuras polliciti, in quas convenerant, idonei pignoris loco agros & latifundia sua obtulere. Atque progressu temporis magis magisque exhausti, cum sortem & usuras præstare haud valerent, quæ pignoris loco obtulerant, in feudum mutuantibus dedere. Atque hinc nominis origo, quo feuda olim hodieque vernaculâ lingvâ Lehnen appellamus." Add. Dn. ab Eyben *Elect. Jur. Feud. c.* 3. §. 8.

Th. II.

Allodii derivatio expenditur.

Allodium, quod feudo opponitur, plerisque derivatur à Germanico alle/ omne, & ôde/ quod priscis Germanis significabat possessionem; ubi sc. possessor in tali re omnimodum, & non ita restrictum, ut Vasallus in feudo, jus & possessionem habet. Enimverò feudo, adæquatè & integraliter considerato, duplex Dominium, directum & utile, includitur; adeòque neque Dominus neque Vasallus plenum, sed quisque minus ple-

num

num dominium & possessionem obtinet. Non incommodè etiam dixeris, derivari posse ab alle / & ödel / vocabulo hoc denotante vacuitatem, quod scil. res talis ab omnibus qualitatibus & oneribus, alias feudo inhærentibus, vacua & libera sit.

Th. III.

Feuda quâ ratione antiquissima originis?

Feuda, sumta, pro rebus eâ sub conditione datis, ut recipiens vicissim danti fidelis ac officiosus sit, primitus neque Naturali, neque Gentium, neque Civili propriè sic dictis, juribus introducta, sed haud dubiè statim à mundi primordiis, humano genere aucto, vique injusta ingruente, à lacessitis aliorum injuriis vel eas metuentibus, suadente naturâ rationali, suæ defensionis gratiâ constitutâ; id ergo quod suasionis naturalis est, ab eo quod juris est naturalis probè discernendum, quod & Grotius *de J.B. & P. lib. 1. c. 2 §. 1. & lib. 11. c. 8.* monet, & jctos has locationes sæpè confundentes redarguit.

Th. IV.

Feuda quâ ratione novioris & Germanicæ originis?

Feudum, acceptum pro jure, in re vel mobili vel immobili per investituram solennem constituto, quo plena ejus utilitas eâ lege cuidam datur, ut fidelitas, ac imprimis servitia militaria Domino concedenti præstentur, certis casibus renovatio investituræ peragatur, ordinarie tantum masculi descendentes succedant, ob quædam delicta feudum possessori planè auferatur, & quæ hujus generis è recepto jure feudali sunt alia; sui originem ad Gentes Germanicas, qualis Longobardica, cujus juribus utimur, haud dubiè refert. Dn. Præs. *Diss. ad Univ. Jus Feud. th. 2.*

Th. V.

Jus Feudale à pluribus Gentibus receptum non eò jus Gentium propriè dicitur.

Jure Longobardico à pluribus Europæ Gentibus nunc recepto, non eo propriè Jus Gentium audit, sed potius Jus Civile plurium Gentium: dirigit quippe Gentes non quà tales, sive coordinatè, sed earum subditos adeoque subordinatè, nisi dicere velis, respectu Statuum Regni Germanici Jus Gentium esse. Conf. Dn. Præs. *Diss. ad Jus Feud. th. 3.* Rachel *Introduct. ad jus publ. c. 7. & 8.*

Th. VI.

Opposita. Lehn und Erb / Lehn u. Landrecht / Lehn und Land-Erbé.

Sicut Feuda & Allodia, Lehn und Erbe / ab invicem distincta, ita etiam Jus in Feudale & Allodiale, Lehn- und Land-Recht / merito dispescitur; nec non possessores Lehn- und Land-Erben distinctè efferuntur. His adde D. ab Eyben in *Elect. Juris Feudalis cap. 1. §. 1. & 2.*

Th. VII

Th. VII.

Jus feudale non præcisè consvetudinarium, nec scriptum, sed ex utroque mixtum est: negari etenim non potest, Imperatorum Constitutiones inibi contentas legum scripturarum vim habere. Conring. c. 33. de Orig. Jur. Germ. consvetudines tamen Longobardorum, tanquam potiores & plures præponderant. Porrò licet expresſâ & publica ſanctione hæ Consvetudines nunquam in imperio sint promulgatæ & approbatæ, nihilo tamen minus implicita confirmatio & approbatio cernitur, dum in Recessibus Imperii ad Jus Feudale provocatur, vel idem ut receptum allegatur, *vid. Reform. Polit. de anno 1548. tit. 3. ibi*: was das Lehn-Recht vermag. Sicut & termini Longobardorum in Recessibus Imperii occurrunt vid. *Recess. de Anno* 1567. §. und nachdem ferner ꝛc. *ibi* Feloney. D. à Rhez *Comment. in Jus. Feud. p.* 10. *seqq.* Inde etiam est, quod in imperio Germanico allegans Consvetudinem Feudalem è Jure communi feudali, pro se habeat fundatam intentionem, adeoque neganti eam obtinere onus probandi incumbat. Confer Locamer. *quæst. Feud. 1.*

Jus Feudale ex consvetudinario & scripto mixtum.

qua vis juris feudalis in Germania?

Th. VIII.

Capitula extraordinaria, quæ à *Tit. de Alienat. Feud. 2. Feud. 73.* incipiunt, non eandem autoritatem cum prioribus textibus Ordinariis habere, contra Finckelth. *Disp. 1. Contr. 16.* & Cujacium statuere haud dubitamus; faciunt quidem ad capitis ordinarii elucidationem, non v. ejusdem clari abrogationem Locam. *Qu. Feud. 2.* De divisione Libb. Feudalium à Cujacio factâ vide Beier *ad Schnobelii Jus Feudale p. m.* 8. Addi autem possunt ex Antonii Merecutii de Prato veteri novâ collectione Bononiensi (quam tantopere expetunt eruditi & cujus unicum, quod quidem hodiè superest, MSc. Exemplum in Bibliothecâ se servare gloriatur D. Mauritius in *Position. Juris feud. Controv. dec. 1. n. 9.*) Cujacianis illis extraordinaria hujusmodi capita plura quàm decem, hactenus incognita, quæ Cujacius non viderat. D. Maurit. *Posit. Juris Feud. contr. D. 1. §. 10.*

Capitula extraordinaria juris feudalis plura quam Cujaciana.

Th. IX.

Præter jus commune feudale reperiuntur quoque in Imperio duo notabilia Jura feudalia, Svevicum puta & Saxonicum, quæ continentur in Sachsen- & Schwaben-Spiegel. Ea ante receptum in Germaniâ

Jus Feudale Svevicum & Saxonicum.

 Jus

Jus Feudale commune Longobardicum, ob autoritatem Vicariorum Imperii, Saxonis & Palatini, in Germaniâ ferè obtinuere. Duplex igitur im præsentiarum Jus Feudale Germaniæ: unum commune, Longobardicum sc. Speciale alterum, quale v. g. Saxonicum & Svevicum, Confer Bejerad. *Schnobelii jus feudale p. 5.*

Th. X.

Jus Civile quando controversiis feudalibus applicandū?

Jus Civile Romanum, communiter nunc in Germania receptum, deficientibus consvetudinibus feudalibus earumque rationibus, merito ad decisiones quæstionum feudalium porrigitur. Quin & consvetudines feudales ad decisionem causarum non feudalium rectè allegari possunt, nisi aliquid contra jus commune in iis receptum sit illudve corrigat. Ergo Jus Feudale in aliis non feudalibus causis allegatur quatenus ratione probabili ac naturali æquitate nititur. Locamer. *quæst. feudali 4.*

Quando viceversa jus feudale controversiis civilibus?

Th. XI.

Argumentū à contrario sensu validū.

Argumentum à contrario sensu in Jure Feudali firmissimum, e. g. Vasallus tenetur Dominum juvare in bello justo 2. *Feud.* 7. & 28. ergo in injusto non tenetur. 2. Vasallus, qui in possessione feudi est, privatur feudo, si investituram intra annum & diem non petierit. 1. *Feud.* 22. *pr.* 2. *Feud* 55. §. *præterea.* Ergo si possessio per alium sit occupata, etiamsi intra debitum tempus investituram non petierit, privandus feudo non est. Quomodo ulterius deficiente juris feudalis decisione è variis causis ad feuda argumentari liceat vid. Dn. Struv. *in Observ. Feud. ad c.* 3. §. *9.*

Th. XII.

In controversiis feudalibus quæ jura applicanda?

Elegans est quæstio, si alia sit consvetudo vel jus in provinciâ, ubi curiâ Domini sita; alia ipsius curiæ dominicæ; alia in loco ubi contractus est initus; alia demum ubi res feudalis extat, cujus loci jus sit observandum? Distinguunt Dd. communiter: an diversitas juris occurrat in iis, quæ ipsam rem feudalem, an verò in iis quæ contractum ut contractum, e. g solennitates contractus, concernunt; Priori casu attendenda est particularis consvetudo loci ubi res sita: Posteriori casu observatur jus loci, quo contractus est initus, licet utroque casu in Curiâ Domini aliud obtineat, nisi specialiter statutum introductum, idem jus, in omnibus feudis, vel vel etiam contractibus feudalibus, quod in Curiâ Domini servatur, attendendum esse. vid. Dn. *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 1. aphor.* 12. Prolixè de hâc materiâ agit Rosenthal, *c. 2. concl.* 14. *imprimis n.* 33.

Th. XIII.

Th. XIII.

Feuda Imperialia majora hodie jure Feudali communi non censeri, sed in conditionem rerum allodialium redacta esse, temeraria quorundam sententia est, quam eleganter tractat Dn. ab Eyben *in Elect. Jur. Feud. c. 7. §. 4. p. 119.* Itterus *de Feudis Imperii c. 2. n. 8.* Laudanda moderata sententia Domini à Rhez, qui, licet Feudorum Regalium momenta pleraque, jura sc. superioritatis territorialis, aliasq; prærogativas, non tam ex jure feudali communi, quam usu & Imperii Constitutionibus æstimari tradat, conferendi tamen & recipiendi ritus ac fatalia, amittendi quoque modos & alia inde repetenda atque æstimanda esse, non diffitetur in *Comment. ad Jus Feud. proœm. p. 21.*

Feuda imperialia an dijudicanda e jure feudali Longobardico?

Th. XIV.

An jura feudalia provincialia, v. g. Saxonica, etiam in feudis, quæ Principes v. g. Saxoniæ ab Imperio habent, applicanda, ex iisve controversiæ subortæ decidendæ? haud inelegans disquisitio est. Parem quæstionem tractavit Colerus *in Dissert. de Jur. Imp. German. Sect. 63.* & Schuz *Vol. 1. Colleg. Jur. Publ. Disp. 7. th. 16. lit. B. p. m. 517. seq.* Fundamenta decidendi in hac arduâ quæstione posuit Grotius *de J. B. & P. l. 2. c. 4. §. 12. & 13.* Breviter hæc quæstio sic expediri videtur, si dicamus, in Germanico Imperio, ubi jus commune Civile & Feudale etiam inter Status recepta, si controversia quædam feudalis inter Principem Saxoniæ aliumve extraneum alterius Domus incidat, illam non decidendam juxta Saxonici, sed communis juris feudalis sancita; Extraneum enim haud dubiè non stringunt alterius Principis statuta, nec contra ipsum principem Saxoniæ allegari ab extraneo Saxonica statuta possunt, cum par utriusque conditio & ratio meritò habeatur. Quod si inter ipsos Principes Saxoniæ controversia feudalis agitetur, quin & si Princeps Saxoniæ cum suo subdito Vasallo litigium feudale habeat, id ex jure provinciali Saxonico expediendum crediderim, nisi consvetudine contrarium fuerit receptum. Confer etiam hanc quæstionem moventem Itterum *de Feud. Imp. c. 2. n. 2. & c. 10. n. 9.*

Jura feudalia provincialia statuũ, an tantum Vasallorum subditorum an etiam ipsorum statuum feudis applicanda?

Th. XV.

Genus feudi quoad Vasallum convenienti & hactenus recepto termino potius dominium utile, quàm ususfructus, constituitur. Ususfructus enim longè infirmius dominio utili feudali jus est; hinc est quod usumfru-

Genus feudi potius dominium utile quam usumfructum.

ctum genus feudi constituentes, ut Dn. Mauritius, cogantur adhuc distinguere inter usumfructum feudalem & personalem s. allodialem. Utile vel quasi dominium ritè feudi genus constitui, patescit etiam ex textu *2. Feud.* 8. §. *rei autem*, ubi Vasallus hanc in re per beneficium rectè investitâ habet potestatem, ut eam tanquam dominus à quolibet possidente sibi quasi vindicare possit; ergo si non directa, utilis tamen rei vindicatio tali Vasallo tribuitur. Nudus verò usufructuarius servitutem vindicare non potest *l. 1. ff. si usufr. petat.* In Jure quidem feudali. *2. Feud.* 23. *in fin.* feudum quoque usumfructum esse testatur Feudista: sed inde non inferendum, feudi genus hic determinari, idque præcisè usumfructum esse, sed potiùs dominium utile, quod Vasallus in feudo habet, tanquam majus, continere etiam id quod minus est, usumfructum videlicet. vide D. Eyben *Elect. juris feud. cap.* 10. §. 7. Jus Domini & Vasalli in re feudali si junguntur, plenam in re potestatem s. ipsum dominum completum absolvunt; aliàs Domini directum dominium & Vasalli utile, sigillatim, uti jamdum monitum, minus plena dominia sunt. Dubitari tamen adhuc posset, an, definiendo feudum, genus adæquatum dominium sit? cum feudi jus non tantum in jure in re, sed & obligationibus, puta præstationibus personalibus, mutuâ invicem fidelitate & servitiis exhibendis, consistere videatur; quod innuit Dn. ab Eyben *in Elect. Jur. Feud. c.* 2. §. 3. Hinc commodius contractum feudi genus exprimere existimat, & quidem ad eam formam qua mutuum, pignus & alia itidem ex juribus in re & ad rem conflata entia juridica soleant. Add. hic Fachin. *Controv. Feud. c.* 1. *p. m.* 5. *& seq.* Porro idem Dn. ab Eyben *c.* 3. §. 3. eleganter ita disserit: *Partes autem integrantes, in quas abit, s. ex quibus ceu totum integrale consistit feudum, sunt duo jura in re, proprietas s. proprietatis aut directum dominium, & utile seu quasi dominium. Illud Seniori, hoc Vasallo competens; & duo jura ad rem s. obligationes, quarum unâ Vasallus Seniori, alterâ hic illi ad fidem & fidei officia præstanda adstringitur. Feudum ergo summâ divisione dispescitur in plenum, h. e. in id quod residet penes Dominium & Vasallum simul, & minus plenum, in quo secus se res habet, & ubi vel tantùm Domini directi, vel saltim Vasalli jus speciatim attenditur.*

Genus adæquatum feudi quoad Vasallum non tantùm dominium utile, sed & obligationem ad servitia impertat.

Th. XVII.

In subfeudis aliquot jura in re & ad rem concur-

In subfeudo non tantùm duo jura in re, & duo jura ad rem, uti in simplici feudo, sed quatuor vel plura utriusque generis continen-

tinentur, Vasallorum & Dominorum numero aucto. Unde quoque elucescit, in secundis hisce feudis vel subfeudis id singulariter usu venire (ferè ut in Logicis dantur genera summa & subalterna) ut idem non tantùm directus Dominus & Vasallus, sed prætereà quoque Dominus mediatus s. superior, & immediatus sive inferior simul sit Dn. ab Eyben. *Elect. Iur. Feud. c. 3. §. 11.* Vultejus *de feudis lib. 1. c. 10. n. 83. seqq.*

Th. XVII.

Vasalli dominium pinguius quam domini directi.

Vasalli dominium utile æstimatur pinguius & plenius domini directo dominio: Directum enim saltim civile dominium cum spe consolidationis est. In ipsis quoque Vasallis dominium utile altero pinquius & plenius est. Plenius ordinariis feudis est feudum hæreditarium, fœmineum, burgense & rusticum; Ecclesiasticum quandoque, v. g. Fuldense (Fuldisch Lehen: in welchem regulariter die verstorbenen nechste Freunde / von Geblüth / beyde männliches und weibliches Geschlechts / ohne Unterscheid / erben.) vid. Eyben. *Elect. Iur. Feud. c. 3. §. 10.*

Th. XVIII.

Feudi concessio an contractus nominatus, an innominatus.

An nominatus, an innominatus contractus concessio feudi sit? multis disceptatur. Præ cæteris placet illorum sententia, qui feudum esse adjectitiam qualitatem reliquorum contractuum & conventionum, statuunt; adeoq; si feudum promittatur venditione, ut est *1. Feud. 7. 20.* tum, quia emtio est contractus nominatus *l. 1. §. 2. ff. de Rer. Permut.* hinc & contractus feudalis; Si verò feudum conferatur permutatione, quia permutatio est contractus innominatus *l. 1. §. 2. ff. de Rer. Permut.* ita & contractum hunc feudalem innominatum nominaveris. Mauritius *Dec. 7. n. 4.*

Th. XIX.

Immobilitas feudi non tā essentiale quam naturale est.

Res immobilis (vel potius immobilitas) non est de substantiâ feudi, nam & pecunia vel alia res mobilis in feudum dari potest; ex more tamen loquendi Feudistarum, cum immobilitas naturale feudi sit, feudum in mobilibus constitutum, improprium dicitur. Improprium verò hic vocatur, quod non habet ordinarias & consuetas feudi qualitates.

Th. XX.

Successio feudalis gradatim introducta.

Feuda non ita ab antiquo ad posteros primi acquirentis, ut hodiè, transire solebant, sed præsens succedendi ratio aliaque plura jam in feudis usitata demum successivè & gradatim introducta. vid. Dn. Itter. *de feud.*

Imp. c. 1. n. 13. Neque uno tempore ac generali constitutione feuda ad hæredes transire jussa, sed id variis temporibus sensim & successivè factum esse, valdè probabile est. Dn. Struv. *Observ. Feud. p. m. 5.* Add. Dn ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c. 4. §. 2. seqq.*

Th. XXI.

An Reges Germaniæ imprudenter Ecclesiasticis feuda dederint?

Principes Ecclesiastici secularem potestatem feudali nexu à Regibus Germaniæ à tempore Ottonum potissimùm acquisiverunt. Nec adeò redargui oportet hos Imperatores Saxones, qui Episcopis & Ecclesiasticis personis saltim jura sublimia territorii indulgere non debuerint; Si enim status illius temporis, quo Ecclesiastici constitui & depon. unicè ab Imperatoribus, & non à Pontificibus, poterant, consideretur, consultiùs, ipsis, quàm secularibus, ad hæredes territoria transmittentibus, & non adeò à nutu Imperatorum ut Ecclesiasticis dependentibus, conferre jura territorialia; Quousque enim constitui & deponi ab Imperatoribus Episcopi poterant, nullum ab iis juribusque eorum Cæsari periculum extiterat. Ast cum tempore Henrici IV. jus investiendi quoad annulum & baculum Pontificibus Romanis cessum esset, alia planè Imperii facies esse cœpit, ut adeò ex præsenti tempore ad veterem rationem status argumentari temerarium sit. D. Lyncker in *Disp. de superioritate terr. p. 10.*

Th. XXII.

Non omnia immediata imperii & statuum bona sunt feuda.

Non omnia immediata Imperii & statuum bona feuda sunt, prout existimare videtur D. Kulpis in *notis ad Monzambanum par. 2. p. 187.* Sic Civitates Imperii à Cæsareâ Majestate jura sua per nexum Vasallagii minimè habent, sed post novam Imperatoris creationem per Commissarios Cæsareos, in Civitates Imperiales missos, ad recipiendum juramentum, illarum privilegia nudè confirmantur. Ita enim sunt verba Conringii *ad Lampad. §. 8. p. 141. Qua in re ferme melior est conditio urbium Imperialium nullô feudi nexu territoriis suis imperantium.* Porro Imperator libero & allodiali jure quædam immediata Imperii bona Comitibus &c. concessit, idque testatur Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 4. §. 60. Is enim est Imperii status, ut antehac multi extiterint Comitatus, & Baronatus, quò libera ac allodialia bona extiterunt, & imperio quidem immediatè subjecti, sed non feuda Imperii fuerunt, licèt Imperator ipsius dignitatis per privilegium de eâ datum autor esset, & bona allodialia Comitum ac Baronum ex hujusmodi sine infeudatione per privilegium factâ concessione eam dignitatem antea non haberent, reperiunturque adhuc hodiè ejusmodi Comitatus ac*

ac Baronatus in diversis partibus Imperii, nec desunt qui dignitatem ejusmodi Regalem & cum ea etiam Jura Regalia ex praescriptione habent. Ita ad constituendam Regalem dignitatem non semper necesse esse castrum aliquod cum universali territorii jure ab imperatore, vel superiorem non recognoscente, in feudum dari, sed sufficere possessorem ejusmodi castrum cum sublimi territorii jure ac regali dignitate in allodium accepisse vel habere ut ex Munstero *de Orig. Princip. German.* tradit Joh. Gœdd. *in Resp. Jur. de restit. Baron. Vallend. n.* 418. Reinking. *de R. S. & E. l.* 1. *cl.* 4. *c.* 16. *n.* 38. Idque demonstrant exemplis Comitatuum quorundam in imperio qui non Reichs-Lehen/ sed Eigenthumb sunt, Qualis est Comitatus Moers / talem etiam fuisse Comitatum Waldeccensem, antequam ab Hassiae Principibus in feudalem recognosceretur. Schuz *Vol.* 1. *Exerc.* 8. *th.* 3. *lit. E.* Idem *Exercit.* 6. *th.* 8. *lit. B.* in comitatu Pinnebergico esse credit, Idem testatur Dn. Itterus *de Feudis Imperii c.* 5. §. 4. hisce verbis: „Factum hinc est, ut hodieque in imperio Romano Germanico Comitatus ac Dynastiae superstites sint, quae allodiali jure gaudeant & possideantur, sicut diserte testantur Myler *Nomolog. c.* 14. *n.* 4. Sixtin. *l. c. de Regal. c.* 4. *n.* 6. *seq.* & Autor *prajudic. Camer. verb. Comitatus*, & ejus conditionis censeri comitatum Moers in Westphaliâ situm referunt Reinck. *de R. S. & E.* 1. 4. 6. *n.* 39. C. Koch. D. *de regal. dignit. th.* 244. Besold, *P.* 3. *Jur. Publ. c.* 6. *p.* 263. & Myler. *d. l.* conf. tamen Meteran. *lib.* 21. *Hist. p. m.* 949. quin & totum Sarvverdensem Comitatum saltem origine sua allodialem esse tradit *Gadd. Vol.* 4. *Conf. Marp.* 37. *n.* 47. licet utrumque hunc Comitatum, Sarvverdensem puta & comitatum Moers Imperialia quondam feuda fuisse asseratur in matriculâ Zeillerianâ, quam Limnaeus Additionibus suis inseruit *Tom.* 1. *ad. l.* 4. *c.* 7. *p.* 539. verè an falsò, jam disquirere non vacat. Comites quoque de Oetingen Comitatum suum jure allodii possidere, post alios retulit Gemmingius apud Besold. *in Thes. Pract. lit. R. n.* 37. *p.* 803. De Comitibus Zollerensibus idem referunt autores passim vid. P. de Andlo. *l. c.* & Rejnk. *l.* 4. 14. *n.* 13. quamvis de utrisque subdubitet Besoldus D. *de Comit. & Baron. th.* 13. at verò de Zollerensi Comitatu omnem scrupulum dubitandique causam nobis eximit diploma Ferdinandi II. Imp. quo Comes ab Hohen Zollern in Principum ordinem allectus fuit, ubi Comitatus iste, eine uhralte mit allen ihren Regalien, Herrlichkeiten und Pertinentien / gantz frey eigenthümlich unmittel- und

unlehn-

anlehnbare Reichs-Graffschafft diserte nuncupatur ap. Besold. in „ *Thes. Pract. lit. F. n. 73. p. 281.* Comitatum Bargila / qui Erfurtinæ „ ditionis est, in hunc usq; diem allodialem mansisse, Reinnemannus pro- „ didit *membr. 2. Jurispr. Rom. Germ. D. 4. th. 7. lit. a.* Pinnebergicum „ Comitatum allodialem esse à fide dignis se accepisse ait Schuzius *Vol. 1.* „ *Coll. Jur. Publ. D. 6. th. 8. lit. 6.* Pariter & Hombergensem Dynastiam „ allodialem esse in actis Witgensteinensibus *p. 16.* annotatum invenio. „ Conf. Dn. Eyben *Elect. Jur. Feud. c. 6. §. 6.* Confer Disput. Alexandri sub Dn. Stryck. præsidio nuper anno 1697. Halæ habitam *De jure Allodiali Principum imperii.*

Distinctio inter feuda propria & impropria merito servatur.

Th. XXIII.

Retineri posse distinctionem inter feuda Propria & Impropria existimo; licet enim non attenta ἀκριβείᾳ Philosophicâ, illud Feudistis proprium feudum sit, cui præter essentialia (quæ continentur in hac definitione, quod sit dominium utile à Domino feudi in re quadam constitutum, ut Vasallus illâ plenissimè utatur fruatur, sub conditione mutuæ fidelitatis) nullum naturale (qualia sunt quæ nonquidem essentiam constituunt, per legis tamen feudariæ dispositionem tacitè inesse præsumuntur, nisi quædam speciali pacto fuerint exemta; ut (1.) juramenti præstatio (2.) Masculorum successio (3.) Ad servitia incerta obligatio (4.) Alienandi impotentia citra consensum Domini, ac, certo casu, agnatorum (5.) Investituræ certis casibus renovatio. (6.) Feudi prævia culpâ ablatio (7.) Immobilitas) deest, usus tamen hujus distinctionis, hactenus ab omnibus ferè Feudistis receptus, temerè mutaretur, à quo omninò cavendum Add. Dn. Mauric. *Posit. Jur. Feud. Controv. Decad. 1. §. 1.*

Utilissima Distinctio feudi in novum & vetus.

Th. XXIV.

Distinctio feudi in vetus & novum insignem in jure feudali usum, ob diversos effectus, imprimis in alienatione & oppignoratione producit. Vetus feudum est, cujus causam quis habet ab acquisitore priore. Novum est, cujus causam ipse acquirens à se & Domino primùm & de novo habet. In dubio quæritur, quale feudum præsumendum? Si possideat Dominus, præsumitur novum, ideo Vasallus probare debet esse vetus 2. *Feud. 33. §. item si 2.* Si verò possideat Vasallus, præsumitur esse vetus Feudum; ideo hoc casu probare debet Dominus quod sit novum 2. *Feud. 33. §. 2. ibi; Vasallo verò possidente.* Si verò nec Dominus nec Vasallus in possessione sit; vetus præsumitur. Finckelth. *Feud. Disp. 2. Controv. 4. p. m. 50.*

Th. XXV.

Th. XXV.

Feudum dividi solet in hæreditarium & ex pacto & providentiâ (quæ distinctio licet in jure feudali nullibi expressis verbis legatur, re tamen inibi continetur, & merito docendi gratiâ in praxi servatur vid. Dn. Maurit. *Dec.* 2. §. 8.) Feudum ex pacto & providentiâ dicitur id, in quo succeditur jure ac more in feudis ordinariè præscripto; vel, ubi succeditur ex pacto primi acquirentis, & providentiâ juris feudalis: Hæreditarium contrà, in quo sc. jure hereditario, non ex providentiâ juris feudalis, sed ex juris communis dispositione. Quod tamen feudum iterum vel (1.) merè hereditarium; quod ferè naturam allodii sapit, ac disponi de eo ut allodio potest. (2.) mixtè hæreditarium, quod subdividitur, (α) ubi masculi cum fœminis pariter, (β) ubi fœminæ, demum deficientibus masculis, admittuntur, (γ) ubi succeditur eo modo, ut facta defuncti debeant præstari, nec ea destruere vel impugnare successori feudali fas sit. Vid. Noric. *addit. ad Finckelth. Disp. 2. Contr. 19. p. m. 59.* Plures modi hereditarii ex jure allodiali contra feudorum naturam ordinariè receptam, per pacta inter contrahentes introduci possunt, Vid. Dn. à Rhez *ad* 1. *Feud.* 8. *p.* 343. Adeoque quo modo feudum in Vasallum sit translatum, literæ investiturarum testabuntur. Si verò hæ literæ investiturarum quoad idem feudum discrepantes inter se sint, prioribus, quibus primitus datum feudum declaratur, major, quam posterioribus fides habetur. In dubio feudum potius ex pacto & providentia, quam hæreditarium esse præsumitur. Id quoque probè notandum, pactum non ipsam feudi naturam nec ullum interesse Domini concernens valere etiam absque consensu Domini feudi. Dn. Struv. *Observ. feud. cap.* 2. §. 7. elegans hac de re Responsum Scabinatus Hallensis allegat.

Distinctio Feudi in hæreditarium & ex pacto & providentia re continetur in jure feudali.

Th. XXVI.

Non omnia immediata bona feudalia Imperii, sunt feuda ex pacto & providentiâ, nec omnia sunt feuda hæreditaria. Plurimi quidem Feudistæ & Publicistæ feuda, inprimis Ducatus & Principatus, hereditaria: Contra alii omnes Ducatus & Principatus ex pacto & providentiâ, satis temerè pronunciarint. Media sententia jam prolata tutior. Sic redimendæ quietis publicæ causâ, plurimæ ditiones Svecorum Reginæ in Pacificatione Osnabrugensi sub lege fiduciæ, sive, ut sæpius in *Instrumento Pacis art.* 10. legitur, in perpetua & immediata Imperii feuda concessæ sunt. Ubi voce *perpetui* nihil aliud quam feuda hæreditaria signari *ex d. art.* 10.

Non omnia feuda imperii hæreditaria, nec omnia ex pacto & providentia.

 §. 5.

§. 3. *in fin. ibi: in perpetuum pro hæreditario feudo habeat*; rectè colligit Dn. Sprenger. in *Font. Jur. Publ. c. 22. p. 214.* Austriæ quoque Archiduces, Duces Burgundiæ & aliarum provinciarum Belgicarum, item Lotharingiæ Duces, provincias suas pro feudis hæreditariis venditare solere, autor nobis est Faust ab Aschaffenburg *de Ærar: Class. 10. Ord. 830. p. 514.* Alia exempla feudorum Imperii hæreditariorum reperiuntur apud Rolandum à Valle *Vol. 3. Cons. 10. & alibi.* Qualis verò conditionis hæreditaria feuda sint, id itidem ex literis investiturarum dignoscendum. Nec tamen omnia Imperii beneficia hæreditaria sunt; sed pleraque ex pacto & providentia legis transferuntur; quò Seculares Electoratus referendos esse, ex *Aurea Bulla* sanctione & aliunde satis liquidò apparet. vid. Dn. Itter. *de Feud. Imp. c. 3. §. 19.*

Th. XXVII.

Quid sint feuda regalia?

Feuda communiter dividuntur in Regalia, & non-Regalia (2. *Feud.* 55. Feuda Regalia declarantur indivisibilia, quod tamen in Germania non ubivis servatur. Et in *Ordinat. Camer. P. 2. tit. 7.* Imperator unicè sibi reservat facultatem judicandi de feudis majoribus & Regalibus, de minoribus facultate judicandi etiam Cameræ relictâ. Quæ ergo præcisè regalia feuda sint? scire interest) Inter Feudistas nondum satis hâc de re constat. Commodè regalis dignitas dispesci videtur in eam quæ personalis, & eam quæ realis est. Personalis dignitas regalis ex communi usu loquendi solet esse, si quis Imperatoris, Regis, Principis, Comitis vel alium parilem & consonum titulum gestet. Hac ratione multi regali dignitate personali sunt conspicui, qui non continuò de dignitate Regali reali gloriari possunt. Sic multi sunt Principes & Comites titulares qui nec Principatum nec Comitatum, adeoque nec Regalem dignitatem realem obtinent, & vice versâ, multi possessores Ducatus aut Comitatus, Inhabere eines Fürstenthums oder Grafschafft / sunt, qui non simul Duces aut Comites; adeoque omnia quæ semel rei, Ducatui & Comitatui, accommodata sunt, cum ipso quidem feudo, non tamen titulum Ducis vel Comitis, consequantur Vid. Rosenth. *de Feud. c. 2. concl. 2. n. 9.* Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 3. a. 8. n. 2.* Dn Ziegler. *de Jurib. Majestat. c. 28. n. 28.* Dn. Itter. *de Feud. Imp. c. 3. §. 9.* Ita Civitates Imperii tanquam Corpora destituuntur dignitate Regali Personali, Principum, Comitum, cum tamen dignitate Regali reali, (pro jure & superioritate territoriali acceptâ, de quâ mox dicetur,) haud dubiè fruantur. Regalis verò dignitas realis,

sive regale teritorium, variis iterùm modis intelligitur. Vel (1.) territorium quod regalem dignitatem titularem Ducatus, Principatus, Comitatus &c. habet (hoc modo Civitates Imperii non haberent Regale territorium) Qualis titulus non rarò competit territorio etiam isti, quod ab alio Constatu agnoscitur, qui superioritatem territorialem sibi reservavit. Ita multi reperiuntur Comites à Principibus in Comitatibus subinfeudati, & quoad Comitatum non nudi Vasalli, sed verè Landsassii & subditi. (2.) Regale territorium vel illud dici potest, cui innexum est ius, ita dictum, territoriale, sive facultas αὐτοκρατορίας & proprio jure regendi territorium, semper tamen salvis Imperatori reservatis juribus. Hinc non incommodè Rosenth; *de Feud. c. 2. concl. 1.* asserit, quod in hoc significatu Vicecomitatus, Baronia & NB. quodlibet territorium, quod sub universali nomine Dominii cum omnimodâ jurisdictione conferatur, & nomen Regalis feudi mereatur. Add. Schrader *de Feud. p. 2. c. 3. n. 4.* His accenseri possent Nobilium immediatorum ab Imperatore acquisita feuda, quibus nobilibus è veriori Publicistarum sententia meritò jus territoriale tribuitur. Quin & Civitates Imperiales hoc modo de dignitate regali sivè territoriali gloriarentur. Conf. Schuz. *ad Jus Publ. Exerc. 8. th. 3. lit. e.* (3.) κατ' ἐξοχὴν Feudum Regale appellari videtur, cui non tantùm superioritas territorialis accommodata, sed ejus possessores illius ratione membra quoque Imperii sint & vota in Comitiis ferant, adeoque præter jus territoriale & jus status obtineant; Quæ feuda ordinariè etiam Fahn & Scepter Lehn eminenter efferri consveverunt. Hac ratione feuda Nobilium Immediatorum regalia non essent. His adde Dn. Itterum *de Feud. Imp. c. 3. §. 7. usque ad §. 18. & cap. 9. n. 10.*

Th. XXVIII.

Quid nobile feudum sit?

Quid nobile feudum sit? id maximè inter Feudistas dubium; Improbabilem credo illam sententiam (cui & Dn. Mauritius *in Posit. Jur. Feud. Controv. Dec. 2. §. 2.* accedit) quæ statuit, Nobile feudum esse, cui nobilitandi vis insit, vel quod nobilitet eum cui concedatur. Enimverò propriè Nobilitas personis tantùm, non autem rebus cohæret; Nondum verò probatum, ab Imperatore feudo cuidam nobilem qualitatem ita impressam, ut eam in possessores quoscunque derivaret; quod tamen fieri deberet, non secus atque onera & privilegia prædio concessa eidemque inhærentia quemvis possessorem seqvuntur. Non quidem negandum,

Impera-

Imperatorem Nobili cuidam â se creato, in signum & sustentationem Nobilitatis, insigne feudum conferre posse; quo tamen casu non tam ipsum feudum intrinsecè nobile, sed potiùs ratione possessoris per demoninationem extrinsecam, impropriè & accidentariè nobile foret; adeoque nobilitas â personâ in rem derivaretur, & dehinc in aliam familiam ignobilem translatum nobile esse desineret. Quod si verò Imperator expressè declararet, feudo cuidam nobilem qualitatem ita impressam, ut in suos possessores quoscunque eandem qualitatem transfundat, facilè concederemus hac ratione intrinsecè Nobile feudum: qualem modum & naturam, uti jam monitum, nulli, quod sciam, feudo Imperator indidit: Atverò si abusivè Nobile feudum dicimus id, cui quædam immunitates, exemtiones & privilegia sunt tributa, quodve in alios atque alios possessores translatum suas quoque immunitates retinet, tunc facilè concedimus, hujusmodi feuda Nobilia plurima in Germaniâ reperiri, suosque possessores beare, & (impropriè loquendo) nobilitare. Conf. Itter. *de Feud. Imp. c.* 3. §. 4. *usque ad* 7. Et ita fit, ut feuda in hoc sensu dicta Nobilia, ab ignobili acquisita, maneant Nobilia; sicuti feuda ignobilia (Bürger- oder Bauer- oder gemein Lehen) manent ignobilia, licet â Nobili possideantur. Vid. Knichen. *de Invest. Pact. P.* 2. *c.* 3. *n.* 91. *Klock. Tom.* 3. *Consf.* 28. *n.* 403. Confer de hâc materia Hugonem *de statu Region. Germ. c.* 4. §. 24.

Th. XXIX.

An distinctio inter Ligium & non Ligium feudum tolerari queat?

Multum disceptatur, an tolerari queat distinctio inter feudum Ligium & non Ligium? Si Ligium pro obligatorio accipimus, non est dubium, formaliter omne feudum in suâ naturâ & essentiâ obligationem ad fidelitatem involvere: Quod si ligium κατ᾽ ἐξοχὴν & secundum eminentiam pro obligatorio contra omnes, nullo excepto, accipiamus, prout in extraordinario capitulo 2. *Feud.* 99. id reperimus, non inficiandum, quædam feuda Ligia; quædam verò non Ligia esse. e. g. Si ab Imperatore quis feudam acceperit, non sub nudâ Feudali sed & subjectionis recognitione, & dehinc â Statu quodam itidem sub hac conditione bona quædam feudi nexu quæsiverit, nullum quidem dubium, si Imperator notoriè injustum contra Statum moveret bellum, dictum Vasallum Imperatori assistere non esse obstrictum. Quod si verò justitia pro Statu pugnet, neque tunc contra Imperatorem juste auxilium ferre posse videtur, cum & subditus

subditus obligatus sit, suo superiori, injusti licet quid molienti, se non opponere. Adeoq; patescit taliter acquisitum feudum esse non Ligium, ac contra Imperatorem Vasallum non obstringere.

Th. XXX.

Feudum Ecclesiasticum non ex personâ dantis vel concedentis, ut nempe ab Ecclesiâ vel Clerico concedatur; Neque à personâ accipientis, Ecclesiasticum dicitur, sed quod in re ecclesiasticâ (i. e. ad Ecclesiæ & piorum locorum conservationem &c. destinatâ & deputatâ) formetur. Conf. Dn. Maurit. *Posit. Jur. Feud. Contr. Dec.* 2. §. 5. Utilitas hujus rei conspicitur etiam inde, quod res ecclesiasticæ quadraginta annorum præscriptione demum acquirantur, seculares verò tempore breviori.

Unde dicatur feudum Ecclesiasticum?

Th. XXXI.

Feudum fœmininum adæquatè definitur, quod fœmina primùm acquisivit; idque satis clare probatur 2. *Feud.* 11. 30. & 50. Quando enim Feudum in quo fœmina ex pacto succedit consideratur, id in se manet masculinum, si id masculus primum acquisiverit; licet impropriè & hoc fœmininū appellari soleat. Conf. Dn. Stryc. *Exam. Jur. Feud. c.* 4. *qu.* 7. Struv. *c.* 4. *a.* 1. 7. *n.* 3. Idem *Obs. Feud. ad cap.* 4. §. 1. *pag.* 25. Ita vice versâ si mater acquisiverit feudum, cum pacto ut tantùm filii succedant, ratione originis quidem fœmininum, sed vi pacti masculinum feudum est. Dn. Stryck. *c. l. qu.* 8. Eyben. *Elect. Jur. Feud, c.* 9. §. 23.

Definitio adæquata feudi fœminini.

Th. XXXI.

Pleraque quidem Imperii feuda Status ab Imperatoribus accepisse constat, negari tamen haud potest, in imperio Germanico aliquot Imperatoribus à Statibus feuda esse oblata, quod multis probari potest exemplis; sic Comitatus Maldeccensis Hassiæ primùm Landgraviis & ab his Imperio in feudum oblatus est; Comitatum Oldenburgicum Carolo V. Imperatori Antonium I. Comitem obtulisse nonnulli dicunt; Ducatum Brunsvico-Luneburgicum in feudum Imperio esse oblatum testatur Coringius. Itterus de *Feud. Imp. c.* 1. *n.* 12. Conf. Dn. ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c.* 10. §. 10. Ita etiam Dn. Lyncker. *in Disp. de Superiorit. Territ. pag.* 34. *Nam & ante hac per universitatem corpora ex allodialibus & feudalibus unita in Ducatus tracta, & junctim feudi titulo à Cæsare recognita fuere; ut in Ducatibus & Principatibus Luneb. Hassiac. Würtemb. aliisve factum.* Causæ talis oblationis variæ: Præcipuæ esse solent (1.) Acquisitio tutelæ & defensionis impotentibus contra nimis potentes; (2.) Conservatio & robo-

Dantur in imperio quædã feuda imperatori oblata.

roboratio familiarum; ubi sc. v. g. Princeps allodialia bona eâ intentione liberis fœminis subtrahit, feudisque imperialibus associat, ut perpetuò in illâ familiâ ac penes successores feudales maneant, in oblatis feudis hæc differentia ab aliis non oblatis cernitur, quod si de privatione ejusmodi feudi oblati agatur, ex recordatione veteris qualitatis & conditionis cum Vasallo mitius procedatur. Wurmser. *de Feud. Impropr. Class. 3. sect. 8. n.* 8. Itter. *c.* 15. §. 4. D. Rhez. *Feud. p. 46. seqq.*

Th. XXXIII.

Quid & quotuplex sit Feudum pignoratitium?

Difficilis & intricata quæstio est: Quid præcisè feudum pignoratitium ein Pfand-Lehn sit, quosque effectus habeat? Imprimis, ad quos successio in illud spectat? an tantùm ad masculos, an simul etiam ad fœminas aliosve allodiales hæredes? Sunt autores qui pro masculis tantùm; sunt qui pro masculis hæredibus ordinariè feudalibus & fœminis aliisque hæredibus allodialibus simul calculum ponunt. Distinctè hæc quæstio expedienda, quo facto omnes difficultates facilè superabuntur (1.) Si feudum pignoratitium accipitur pro tali re re, quæ antea erat allodialis, posteà verò, acceptâ certâ pecuniâ tanquam creditâ, in feudũ data, sub pactâ libertate reluendi indefinite vel intra certum tempus, tunc fere coincidit hæc conventio cum venditione rei sub pacto retrovenditionis. His adde Zaf. *in Epit. Feud. p.* 12. *n.* 24. Besold. *Thes. Pract. voc.* Pfand-Lehn. Strauch. *Disp. de Oppign. Imp. th.* 31. *seqq.* Quo casu si Vasallus ante factam à Domino directo reluitionem moriatur relictis filiis & filiabus, filii tantum in taliter dicto pignoratitio feudo meritò succedunt, exclusis filiabus; quia naturalia feudi, quale etiam successio masculorum præ fœminis est, hîc meritò attenduntur; Adeoque porro inde consequens est, si Dominus directus reluat ab istis filiis dictum oppignoratum feudum, peccuniam remanere penes filios, exclusis filiabus. Conf. Carpz. *Resp.* 31. & Dn. Struv. *in Obs. Feud. ad cap.* 4. §. 2. Sed hîc non immeritò quæritur: An in tali oppignorato feudo, mortuo Vasallo ejusque liberis masculis, fœminæ s. filiæ etiam ita excludantur, ut ne quidem jus retentionis in isto feudo oppignorato (in dem Pfand-Lehn) habeant, ad recuperandum pretium à parente Domino directo creditum? In dubio & ex æquitate interpretationem ex mente contrahentium ita faciendam crediderim, ut hujusmodi res in feudum accepta putetur ob securitatem crediti, aliquando recipiendi, adeo ut, demortuis etiam filiis, filiabus cæterisque hæredibus allodialibus, usque dum solutum pretium, jus retentionis sit. Quod si verò res quædam,

nullâ

nullâ mentione factâ pignoris, ita sit infeudata, ut nudè venditio rei sub pacto retrovendendi peracta appareat, & de hinc Vasallus moriatur absq; hæredibus feudalibus, tunc Domino feudum illud pleno jure, absque refusione pretii crediti, cedit; Nullâ enim factâ pignoris mentione (eines Pfand-Lehns) ne quidem ex intentione contrahentium, hæredibus allodialibus jus retentionis videtur relictum. Add. Carpz. *d. Resp. n.* 17. (2.) Si feudum pignoratitium accipiatur pro re ante oppignorationem jam tum feudali, sed fortè à Vasallo cum consensu Domini Directi & agnatorum oppignorata, tunc impropriè hæc res dicitur feudum pignoratitium (ein Pfand-Lehn) Quia feudum non ut feudum, sed potiùs allodialiter penes creditorem est. Dn. Struv. Synt. Jur. Feud. *cap.* 4. *a.* 14. *n.* 2. Indeque consequitur in talem rem oppignoratam & masculos & fœminas aliosve hæredes allodiales allodialiter & ut in pignus succedere. Quod si feudum consensu Domini absque nova investiturâ alteri obligetur pignori & tradatur, propriè loquendo non est feudum pignoratitium, sed jus merè allodiale constituitur Steinmez *Disput. de Feudis p.* 21. & 22. Cum verò recensita diversi generis pignoratitia feuda à quibusdam JCis non satis ab invicem discreta, factum, ut fœminas aliosve hæredes allodiales indistinctè in prioris & posterioris generis feudis pignoratitiis admittendos dixerint. Quam confusionem commisisse videtur Rauchbar. *Part.* 1. *qu.* 37. & 38. Quem meritò refutat Carpzov. *c. l.* His confer. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 4. *aph.* 15. *n.* 3. *seqq.* D. à Rhez. *ad Jus Feud. lib.* 1. *tit. XI. p. m.* 373. Carpzov. *p.* 3. *c.* 28. *def.* 10. *n.* 8.

Th. XXXIV.

Pecunia ratione feudi controversi accepta, an feudalis an allodialis?

Ratione feudi controversi transactione initâ, si alteri litigantium ac feudum ad se pertinere asserentium, pecunia solvatur, tamen hæc pro feudo non habenda, quia pecuniam accipiens feudum cessit & transigendo quasi vendidit. Add. Paul. Wehner. *Cons. Francon.* 83. *num.* 12. Gœden. *Cons.* 85. *num.* 22. & *seqq.* Conf. *Cons.* 84. *num.* 29. Pecunia verò ex feudo redacta non continuò feudalis, nisi alicubi statuto, ut in Ducatu Pomeraniæ, pecunia ex feudo redacta qualitatem feudalem nanciscatur; uti testatur Dn. Struv. *Observ. Feud. ad cap.* 4. §. 3. & 5.

Th. XXXV.

Francum feudum quo sensu dicatur?

Francum feudum non dicitur quòd à fidei obligatione eisq; innexis officiis, (sic Vasallus Francus non potest revelare secreta Domini: vitam, famam & honorem Domini defendere, & alia præstare obstrictus, quæ 2. Feud.

2. *Feud.* 6. & 7. requiruntur) utpote ad essentiam feudi spectantibus, liberum sit; tale enim feudum francum, pro quo nullum omnino officium debeatur, dari negatur, cum feudum non sine fide, quæ formalis ejus ratio, nec fides sine opere (mortua fides nulla fides) subsistere possit: Sed francum ideò dicitur, quod ab onerosis & consvetis v. g. militaribus præstationibus, immune est. Vid. Dn. ab Eyben *in Elect. Jur. Feud. cap.* 3. §. 9. & *cap.* 11. *num.* 21.

Th XXXVI.

Sæpe etiam inferiores superiores infeudant.

Feuda non tantum à Majestaticis, sed etiam aliis non Majestaticis personis, imo à rusticis & fœminis (vid. Maurit. *Contr. Jur. Feud. Dec.* 4. §. 2. & 3.) conferri, expeditum est: Quilibet enim rerum suarum arbiter, liberè de iis disponere valet. Conf. *Finckelth. Contr. Feud.* 13. *D.* 5. & Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. cap.* 5. *aphor.* 3. *num.* 3. licet quondam à Majestaticis tantum personis collata experientia testetur. Eyben. *Elect. Jur. Feudalis cap.* 8. § 9. *seqq.* Quin & experientia confirmat sæpius majores à dignitate minoribus feuda acceptasse. Præsens exemplum habemus in Rege Daniæ; Dn. Stryck. enim in *Appendice Juris Feudalis n.* 18. literas investituræ recitat, ubi Rex Daniæ à Duc. Luneburg. civitatem & terram Budjadingensem in Feudum accipit: & Dn. à Rhez. in *Comment. ad jus feud. lib.* 1. *n.* 8. *in fine* exemplum refert, ubi Dominus Vasallum vocat Seinen gnädigen Herrn. Adde Dn. Eyben. *Elect. jur. feud. c.* 8. §. 10. Fieri autem non rarò consvevit, ut superioribus, ab inferioribus feuda accipientibus, juramentum fidelitatis remittatur. Sic nomine Electoris Saxon. ab Episcopo Bambergensi investituram qui anno 1623. accepit Legatus Electoralis, hac promissionis formulâ usus est: Er zweiffele nicht/ Ihre Churfürstl. Durchl. werden umb des Herrn Bischoffs Fürstl. Gnaden es mit Freundschafft erkennen/ und dem gantzen Capitul und Stifft gnädigen Willen zu erzeigen/ geneigt seyn. Dn. ab Eyben in *Elect. Jur. Feud. c.* 11. *n.* 9. His adde Arnis. *lib.* 1. *de Jur. Majest. c.* 5. *n.* 2. *seqq.* & Klock. *de Contrib. c.* 14. *sent.* 2. *n.* 19 ubi plura hujus generis exempla recensentur. Inde satis colligitur, nexum feudalem formaliter non tam subjectionem, quàm inæqualem qs. confœderationem inferre, prout infra dicetur pluribus. Add. Grot. *de J. B. & P. lib.* 1. *cap.* 3. §. 23.

Th. XXXVII.

Imperator an proprio

Ab Imperatore proprio, an alieno & Imperii nomine investituræ feudorum Imperalium fiant: quæstionis est. Hippolitus à Lapide in

 tra-

tractatu suo de *Ratione Status* hinc inde, ut Imperatoris potestatem magis imminuat & ferè annihilet, strenuè pugnat, Imperium Imperatore superius esse, & feuda non ab Imperatore sed Imperio teneri, Imperatorem feuda conferentem Imperii ministrum & causam instrumentalem tantùm fingendo. Sed vid. Böckl. *Not. ad Hippol. à Lap. p. m. 93. seqq.* Nulli verò dubitamus asserere, feuda Imperii & ab Imperio & Imperatore simul dependere: neque Imperium sine Imperatore jam constituto concipere ritè poteris, nisi corpus sine capite integrum nominare placuerit. Quid vero nomine Imperii concipiatur? id itidem dubiæ quæstionis est: Si Imperium accipiatur pro eminente potestate, in iisve juribus consistente, quæ Imperatori tanquam reservata competunt, tunc non immeritò dicitur ab Imperio & Imperatore simul investituras fluere. Ubi verò Imperium, prout aliâs & quidem frequentissimè accipi consvevit, pro Imperatore & ordinibus totoque corpore accipitur, vix commodè dixeris, investituras feudorum ab Imperatore & Ordinibus simul fluere; Cum singulorum ferè Statuum & Ordinum potestas ipsa potiùs quanta quanta feudalis ac dependens sit; Adeoque incongruè diceretur: Statum Imperii partim ab Imperatore, partim à reliquis Ordinibus, & per consequens à seipso infeudari: Porrò Status Imperii conjunctim cum aliis statibus & ordinibus certo respectu directum, aliâ verò ratione, sigillatim consideratus, utile territorii sui dominium possideret, quod veritati minus conveniens videtur. Quando ergò à Statibus juratur: Ihrer Käyserlichen Maj. und dem Heil. Römischen Reiche getreue zu seyn / ea intentio est: quod imperatori vivo, ejusve Majestati & statui nullo modo contrarii, sed potius obsequentes esse velint: quin & eo demortuo, quod nullo modo illi statui & majestati residuæ contrarium quid machinari velint. Quondam Statibus & ordinibus Imperii feuda conferre liberum, hodie vero Imperator, vi capitulationis, Regalia & majoris momenti feuda Imperii vacantia, so etwas merckliches ertragen/ als Fürstenthum/ Graffschafft/ Städte und dergleichen / sine præscitu & consensu Electorum in feudum dare, aut eo nomine expectantias concedere nequit; sed illorum reditus ad Imperii usus, si quando vacent, servandi sunt: Ditionum tamen hæreditariarum, (der Erbländer) feuda majora, rectè, etiam citra consensum Electorum concedit. Electoratus dispositione hac capitulationis non comprehendi, sed eo casu, quo vacant, alium iis investiendum, verissima Dn. Struvii aliorumve sententia est. An verò consensu Electorum in hac translatione Electoratuum

An alieno nomine imperialia feuda conferat?

quoque opus sit? ambiguæ adhuc quæstionis. Dn. Maurius *in Posit. Jur. Feud. Controv. Dec.*4.§.1. ex collatione Capitulationum cum Instrumento Pacis veritatem hujus rei haud difficulter indagari posse existimat, suam tamen sententiam hic suspendens: fusiùs hanc qnæstionem pro & contra examinat Itterus *de Feud. Imp. c.*7.§.12. *usque ad*31.

Th. XXXVIII.

Regalia feuda non tantùm ab imperatore sed & à statibus & ordinibus.

Plurimi Feudistæ asserunt, solum Imperatorem Regalia feuda, quibusve territoriale jus annexum, infeudare potis esse; cum jus territoriale, definiente Reinking *de R. S. & E. lib.*1. *Cl.*5. *c.*3. §.3. *aliisque*, sit *facultas immediatè ab Imperatore & Imperio dependens*: Adeoque omnis investitura quoad jus territoriale immediatè ab imperatore videatur petenda. Verum etiam â Statu Constatui subinfeudari regalia territoria, cum cessione omnimodâ juris territorialis ab Imperatore primitus acquisiti, quotidiana experientia comprobat. Dari ejusmodi subinfeudata particularia territoria, affirmat Rosenth. *de Feud. c.* 2. *conclus.* 1. *num.* 3. *cap.* 5. *concl.* 2. *n.* 4. *cap.* 9. *concl.* 45. *n.* 3. 4. Schilter. *in Disp.* 6. *ad D. th.* 11. Vide Vietorem *de Exem. concl.* 28. ubi optima habet quoad subinfeudata territoria. & Sixtinus *de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 56. ita enim loquitur: Observandum verò est de Comitatu & Barônatu, reperiri hujusmodi „ Comitatus & Barônatus, qui ab inferiore aliquô Principe per subinfeu- „ dationem conferuntur, Borcholt *de Feud. cap.* 4. *num.* 12. Schrader *de* „ *Feud. p.* 10. *sect.* 2. *n.* 69. *vers. hac conclusio* Prückm. *ad Rubr. quæ sint Re-* „ *galia. cap.* 4. *n.* 34. Boss. *de Regal. num.* 20. Idque ex usu & experien- „ tiâ constat, & tamen hujusmodi quoque Comitatus & Baronatus rega- „ les dignitates sunt. Nam si Comites vel Barones per subinfeudationem „ ab inferiori Principe investiuntur (ut hodie in multis fit) etiamsi non „ immediate, tamen mediate ab ipso supremo Principe ejusmodi feuda „ consequuntur, & dignitatem regalem, quæ antea iis feudis adhæsit, tan- „ quam â supremô Principe profectam, cum Regalibus iisdem feudis an- „ nexis acquirunt vel potius retinent. Adeoque distingvendum videtur „ inter jus territoriale *formandum*, & jus territoriale jam tum *formatum*. Id quidem dependet primitus & originarè ab Imperatoriâ Majestate: Vix enim territorium in Imperio extiterit, quod territorialia jura & privilegia sibi applicata Imperatori ab antiquô non ferat accepta. At jus territoriale jam tum formatum, atque ab Imperatore Statui in feudum concessum, quid obstat, quó minus â statu denuo Constatui aliive immediato & ca-

Constatibus aliisve immediatis infeudantur.

paci per subinfeudationem fortè cedatur & abdicetur, feudali tantùm nexu, ob spem consolidationis unicè remanente? Nec tamen periclitatur, sed adhuc salva manet supra laudata Reinckingii definitio juris territorialis; Enim verò jus territoriale hujusmodi subinfeudatum nihilominus adhucdum post peractam subinfeudationem, haud incommode ab Imperatore immediatè dependens dici poterit. Notum enim, modum habendi rem probè discernendum à re ipsâ, quæ isto modo delata est. Nam dependenter à Constatu quidem se habet per subinfeudationem acquisitio hujus juris territorialis; at verò postquam semel subinfeudatio facta, non amplius jus territoriale ita dependens â Constatu subinfeudante est, ut in illius excercitiò subinfeudans subinfeudatū reformare, illiusve actus irritos reddere queat, (non secus ut electus Rex, utut per electionem dependens ab eligentibus sit, eligentium non eò subditus ab iisve post hac dependens est) sed post factam talem subfeudatariam concessionem, tanquam medium translativum, subinfeudatus, eodem modo quo antea subinfeudans tantùm ab Imperatore quoad jus territoriale propriè dictâ dependentiâ dependens est. e.g. Imperator vi Reservatorum & superioritatis Imperialis per Judicium suum Aulicum in causis appellationum, ex tali subinfeudato territorio illuc devolutarum, multa reformat, atque sic unicè proprie dictam juris territorialis dependentiam à se cognoscit. Talia subinfeudata territoria plurima dari; vide penes Klock. *Tom.* 1. *Cons.* 15. *n.* 34. Knichen *de Sax. non prov. jur. c.* 6. §. 4. Itter. *de Feud. Imp. c.* 5. §. 18. & 20. Strauch. *Dissert. Exot.* 10. *th.* 21. Dn. ab Eyben. *in Elect. Jur. Feud. c.* 9. §. 24. Pacif. Prag. §. 17. Dn. Præs. *Disp. de Part. Territ. subinfeud. c.* 2. §. 19. Falsa ergò illorum sententia, qui existimant, regale territorium, quà tale, â Statu non subinfeudari, nec partem quotam territorii v. g. ein Theil des Fürstenthumbs / ein theil der Graffschafft 2c. per subinfeudationem concedi posse; Contrarium enim praxis Imperii abundè testatur. Inde colligitur, illorum sententiam erroneam esse, qui tradunt, omnes Imperii Ordines immediata Imperii feuda necessariò possidere. Vide Vietor. *de Exemt. conclus. alleg.* 28.

Th. XXXIX.

An Imperator ut Rex Bohemiæ vel Archidux Austriæ à se ipso investiatur.

Imperator an à seipso investiri queat? inquirendum jam est. Certum, quod Reges Bohemiæ (Vid. Itter. *de Feud. Imp. c.* 5. §. 2.) & Archi-Duces Austriæ Imperio feudali nexu sint obstricti, Ideoque Imperator, qui in præsentiarum simul Regis Bohemiæ & Archi Ducalis Austriæ dignitatem susti-

sustinet, merito istum nexum feudalem continuat. Sciendum tamen, Imperatorem alio respectu infeudare, alio infeudari Quatenus Impetor, haud dubie nomine Imperii feuda confert: Quatenus Rex Bohemiæ & Archi Dux Austriæ, adeoque velut alia persona moralis, feuda ab Imperio accipit; quod fieri commodè poterit, si vicaria persona, mandatario quasi nomine, laudati Regni & Archi-Ducatus investituras petat. Proinde non inconvenienter dixeris, Imperatorem sibi, ut tali, investituras non conferre. Sic etiam Archi-Episcopus Trevirensis, nomine Cæsaris & tanquam Commissarius illius, sibi ipsi ut Commendatori Monasterii Imperialis S. Maximini in Arhi-Episcopatu Trevirensi anno 1549. investituram Imperialem per procuratorem fecisse legitur *P. I. defens. Monast, S Maxim. c. 1. sect.* 1. §. 14. *pag.* 34. Ipsumque investituræ diploma extat *P. 3. n.* 56. Quin & Regem sub tali schemate se ipsum aliquando investivisse memorat Reincking. *de R. S. & E.* Add. Itter. *de Feud. Imp. c.* 5. §. 1.

Th. XL.

Rex Romanorum an infeudet?

Rex Romanorum citra Imperatoris viventis autoritatem & jussum feuda Imperialia reinfeudare nullatenus potest. Alia vero illius potestas, si Imperator mortuus, ipseque mox in Cæsarem s. Imperatorem promovendus. De Vicariis verò Imperii vi *A. B. c.* 5. §. 1. expresse constitutum, quod feuda Principum & vexillifera tempore interregni reinfeudare nequeant; quorum collatio soli Imperatori vel Regi Romanorum reservata.

An Vicarii imperii?

Th. XLI.

Unde natus error, Electoribus à Bambergensi Episcopo Electoratus & officia infeudari?

Diu hactenus creditum fuit, Electoratus, illisque adhærentia quatuor officia ab Episcopo Bamberg. conferri in feudum. Verum plures nunc Feudistæ commentitium atq; falsum hoc esse, satis probarunt & cùm Electoratus tùm officia electoralia per investiturã Cæsaream conferri exemplis comprobarunt. Inde vero communis error natus est, quod Electoribus per concessionem Heinrici II. Imperatoris quædam bona, ad terras Electoratuum pertinentia, ab Episcopo Bambergensi in feudum concedantur, quorum intuitu similia officia dicto Episcopo per Subofficiarios exhibent. Singulis his officiis adhærentes terras atque ditiones compendio quasi enumerat Autor des Löwensteinischen Gegenbetichts / contra dem Würtzburgischen Bericht *cap.* 1. *in pr.* Conf. Dn. Struv. *Synt*: *Jur. feud. c.* 3. *a.* 7. *n.* 16. Itter. de Feud. Imp. *c.* 3. §. 23. Conring. *in Not. ad Lampad. pag.* 160. *& seqq.*

Th. XLII.

Episcopi, Prælati aliæque Ecclesiasticæ personæ per Capitula ita solent esse constricti, ut non tam facilè prout seculares Principes de territoriis suis res infeudari constituant, atque subfeuda forment. Enimverò in rebus infeudari solitis formandis, præter alias solennitates, Capitularium consensum requirere opus habent. Res verò infeudari semel solitas vacantes factas atque reversas, Episcopus citra consensum Capituli licitè reinfeudat. Quid verò requiratur, ut res dicatur infeudari solita? Vid. Dn. Præsidis Tract. *de Domaniis Regni Germanici in eoque contentarum regionum cap. 9. num. 68. & seqq.* Quod si verò sedes vacet, Ecclesia, tam Cathedralis quàm minor, Prælati vel Episcopi personam repræsentans, res infeudari solitas licitè reinfeudat, licet aliqui, inter quos Rittershus. *l. 1. c. 5. quæst.* 11. ecclesiam Cathedralem vi *tit. X. ne sed. vacant. quid innov.* id non posse statuant. Quibus tamen meritò contrariatur Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 5. *a.* 9 *n. 6.* statuens, limitationem hanc in alleg. *tit.* non esse fundatam. Capitulum tamen sede vacante, in rebus, particularibus personis infeudari solitis, vacantibus semet infeudare minimè potest, quia id feudum nunquam esset reversurum, dum Capitulum nunquam moritur; & sic ad manus mortuas (quæ amortisatio dicitur) veniret *c. libert.* 12. *quæst.* 1. Ex eadem ratione nec civitati, nec collegio de moribus feuda acquirere licitum, nisi impetrata à Principe ejus rei gratiâ. Hujusmodi statuta in quamplurimis Germaniæ locis utiliter vigent, eaque in Camerâ Imperiali probantur & in judicando observantur. Stephan. *de jurisdict. l.* 2. *p.* 1. *c.* 14. Schrader. *Cons.* 39. *num* 185. Rosenth. *de Feud. cap.* 4. *concl.* 20. *num.* 6. *& concl.* 36. *Id cap.* 9. *concl.* 33. *num.* 7. Quin & vetus conditio infeudandi hâc ratione mutaretur, quod tamen prohibitum *tit. X. ne sed. vac. quid innov.*

Episcopi, Prælati non ita facilè, ut seculares, res infeudari solitas formant.

Sede vacante an capitula res infeudari solitas reinfeudent? Et cui?

Th. XLIII.

Non omnes, qui Imperialia feuda obtinent, hoc ipso Status Imperii sunt. Certum enim, Nobiles Imperii Imperialium feudorum immediatos possessores non tamen Status Imperii esse. Quin & multi Duces Principesve feudatario vinculo Imperio sunt devincti, ut plures reperiuntur in Italia, ubi tamen notorium, eos ut Ordines Comitiis Imperialibus haut interesse. Quid? quod & privati Imperialia feuda nonnunquam sunt consecuti, qualia exempla consignavit Limnæus *ad Aur. Bull. c.* 5. §. 1. *Observ.* 14. & ex notoriâ Germaniæ

Possessores imperialium feudorum non continuò Status imperii.

con-

consvetudine certum, Imperatoriam investituram non simul Status Imperii constitutionem importare: Etenim ad hujus qualitatis acquisitionem reliquorum Ordinum consensus accedat necesse est. *Capit, Leg. artic.* 44. *R. I. anno* 1654. §. 197.

Th. XLIV.

Civitates imperii quare non sint feuda imperii?

Supra th. 22. dictum, Civitates Imperiales non esse feuda Imperii. Qua ratione verò ad talem non feudalem conditionem, quà tamen pleraque antea constrictæ, pervenerint? Eleganter recenset Itterus de *Feud. Imp.* c. 5. §. 19. his verbis: Equidem antiquioribus temporibus Ducibus „ aliisque Imperii Ordinibus, Civitatum Imp. in Bavariâ, Saxoniâ, Sveviâ, Thuringiâ & Hassiâ, administrationem & regimen feudi lege ab „ Ottonibus & Henricus Imperatoribus concreditum fuisse memorat „ Lehmannus *lib.* 4. *Chron. spir. c.* 4. *p.* 286. quod & testimonio suo comprobat (licet nullo adeo certo tempore definitio,) Regum Germaniæ „ prodigalitatem & negligentiam hac in parte incusans H. Conringius „ *Diss. de Urb. Germ. th.* 118. Sanè si Monachô Weingartensi in Chronico de Welfis Principibus ab H. Canisio *T. I. ant. lect.* edito, credimus, „ Lotharius II. Imperator inter alia etiam Norimbergensem Civitatem „ genero suo Henrico Bavariæ Duci aliquando in feudum concessit. Ita „ enim ibi legitur *cap.* II. Ipse (sc. Henricus quem diximus) ad Imperatorem reversus, Ducatum Saxoniæ, Nurenberch, Gredingen, & omnia „ beneficia; quæ Imperator ab Episcopis & Abbatibus habet; suscepit. „ Ottonem IV. Imp. quoque Hermanno Thuringiæ Landgravio, in singulare favoris propitiæque voluntatis monimentum, Northusam & „ Mulhusium, liberas hactenus Regni urbes, in feudum dedisse memorat „ Arnoldus Lubecensis *lib.* 5, *cap.* 4. Utut verò sit, has, ipsas Civitates „ obsequio paulo addictiori tum temporis vixisse, vel hoc ipsum argumento est, quod eis regundis Duces Comitesve, qualicunque demum „ titulo, præfuisse legantur; Postea verò ubi pleniore libertatis usu gaudere inciperent, ipsum quoque feudale vinculum, excusso videlicet imperio illorum, quibus sub feudi lege illæ Civitates cesserant, antiquatum „ & labefactatum fuisse, haud una conjectura est.

Th. XLV.

In Saxonia fœmina quomodo acquirant feuda?

Non tantum masculi sed & fœmininæ ad feudorum acquisitionem admittuntur. In Saxoniâ verò qua ratione feudum ipsis concedatur? refert Norie, in *Addit. ad Finckelth. Disp. Feud.* 5. *Controv.* 18. his verbis:

Solet:

Solet verò hodie in terris nostris, si fœminæ concedatur feudum, quidam „ interponi, qui in suam & ipsius animam juret, vocaturque Lehnträger ; „ Antequam igitur fœmina investiatur, Curator nomine ejus submissè „ petere debet, ut ipsi persona certa in Cancellariâ ad hunc finem produ- „ cta constituatur. P. R. Will demnach Curator hiermit N. N. zum „ Lehnträger vorgestellet haben/mit demüthigster Bitte/denselben darzu „ auf und anzunehmen/und ihr zum Lehnträger zu constituiren. Wenn „ nun so wohl sie/ als auch der vorgestellte Lehnträger mit dem Hand- „ schlage solches bestärcket/ und er ihr darauf zum Lehenträger constitui- „ ret / er auch die gehörige Vorhaltung angehöret / und daß er und sie „ derselben in allen steiff/ fest und unverbrüchlich nachleben wollen/ „ angelobet/ und in seine und ihre Seele würcklich geschworen/ so wird „ darauf ihr Lehn gewöhnlicher Maßen bekennet und darüber nachfol- „ gender Schein ausgestellet: Auf persöhnliches gestellen Cajæ M. „ Tullii Eheweibes/ gebohrner von N. ist ihr / nachdem zuvorhero „ ihr dißfalls bestätigter Lehnträger (und Ehemann) erwehnter „ T. in ihrer und ihres kriegischen Vormunds G. R. Gegenwart „ die Vorhaltung angehöret / den Handschlag geleistet / und die „ Lehns-Pflicht vor sich und in ihre Seele geschworen / die Lehn „ an dem Guthe N. und dessen Pertinentien / so Mann- Lehnguth „ ist / wie bräuchlich bekennet / und darüber dieser Schein ausge- „ fertiget worden. Actum am &c.

Th. XLVI.

Impuberes & Minores quomodo investiantur?

Impuberes, imo & aliquando minores, quando investiuntur, solet differri juramentum fidelitatis, usque dum ad illud præstandum fiant habiles; quem in finem etiam à Domino schedulam aliquam, quam Indultschein vocant, in consvetâ subsequenti formâ accipiunt: Auf schrifftliches unterthänigstes Ansuchen N. N. Witben / ist ihrem unmündigen Sohne N. N. zu Ablegung der Lehnspflicht und Empfahung der Lehn an seines verstorbenen Vaters N. N. hinterlassenen Ritter-Guthe N. biß er das achtzehende / oder zum längsten das ein und zwantzigste Jahr seines Alters ausbracht/ hiermit Indult und Anstand bewilliget/und darüber dieser Schein ausgefertiget worden. Datum am &c. Noric. in *Addit. ad Finckelth. Disp. 5. th. 17. lit. y.* Alicubi tamen constitutum videmus, tutorem obligatum nomine pupilli juramentum fidelitatis præstare. Sic in der Fürstl.

 Gothi.

Gothi. Vormundschaffts-Ordnung *tit.* 13. dispositum legimus: So Mündlein Lehn besitzen / oder theil an gebrochener gesambter Hand haben / lieget denen Vormündern ob / dieselbe auf alle Fälle zu rechter Zeit zu muthen / auch immittelst an der unmündigen statt / die Lehn-Pflicht zuerstatten. Itter *de feudis Imp.* c. 9. *n.* 18.

Th. XLVII.

An pater usumfructum in feudo filii familias consequatur?

Licet in Jure feudali expresse non inveniatur dispositum, quod ad patrem ususfructus feudi filii sui familias spectare non debeat, attamen ex natura & conditione feudi, quod ob ordinariam qualitatem, ubi militaria servitia præstanda, castrensi peculio merito accensetur, ad patrem usumfructum non pertinere, communis est Dd. sententia. Dn. Struv. *S. J. F. c.* 5. *a.* 15. *n.* 4. *in fin.* Dn. Stryck. *Exam Jur. Feud. c.* 10. *qu.* 15. Finckelth. *D.* 5. *th.* 20. Maurit. *Contr. Feud. Dec.* 4. §. 8.

Th. XLVIII.

Electoralis tutela quo casu per testamentum constitui queat?

Electoralis tutela an & testamento determinari? an vero secundum dispositionem *A. B. c.* 7. penes proximum agnatum remanere debeat? multis scriptis, occasione tutelæ Palatinæ, ut notissimum, pro & contra disceptatum fuit. Non inficiandum, à dispositione *A. B.* citra prægnantissimas rationes non esse discedendum, cum haud dubie ex speciali ratione Status proximioribus agnatis jus tutelæ gerendæ datum & quæsitum. Quod si vero per tutelam legitimam Status Electoralis in discrimen vocetur, tunc video Publicistas & Feudistas (inter quos Dn. *Struv. Obs. Feud. ad c.* 5. §. 6. ubi hanc quæstionem, rationibus pro & contra adductis, examinat) inclinare in eam sententiam, quod à legitima tutela recedi & testamento alia surrogari queat. Quod & merito utilitatis publicæ gratia, quæ normam plurimis rebus suppeditat, recipitur. Notandum tamen in aliis ditionibus hæreditariis, præter Electoratus, Electorem filio testamento indistincte tutorem dare posse, cum in illis ratio *A. B.* cesset.

A. B. dispositio tantum spectat ad Electoratus, non alias non-Electorales terras.

Th. XLIX.

Matres avieque illustres feudorum imperialium quoque tutrices.

Matri, aviæque ratione bonorum feudalium tutelarem quoque administrationem concessam, in Imperio nostro Germanico plurima exempla, etiam illustrium personarum, comprobant. Licet enim in bonis feudalibus mater aviaque non succedant, respectu tamen affectionis singularis ad hanc quoque tutelam admittuntur, haud dubie eo respectu, quod tutores & tutrices principaliter personæ, secundarie vero rebus dantur, adeoque matri & aviæ filii nepotisve defensio & tutela, obid

 quod

quod bona feudalia habeant, adimi justè nequeat. Sic in Constitutione Politicâ Ducum Megapolensium expressè deciditur, quod mater etiam ratione bonorum feudalium tutrix esse possit. Schrader. *de Feud. p.* 10. *sect.* 19. *n.* 25. Et ex historiis liquet, quod etiam matres Regum, Ducum, Marchionum, Comitum &c. sæpissimè, illorum tutelam susceperint & administraverint. Tiraquell. *in tract. de primogenit qu.* 40. *n.* 299.. Ac in Camerâ ita pronuntiatum esse testatur Raphaël Seiler *in sentent. Cameral. Ann.* 1570. Frid. Fabric. *in Corp. Jur. Camer. tit.* 25. At verò contrariam observantiam in Saxonia annotat Adam Volckman. in *Art. Notar. p.* 4. *c.* 31. *n.* 22, sententiam Scabinorum Lipsiensium, qua mater inhabilis tutrix quoad bona feudalia declaratur, recensens. Idem tradit Heigius *p.* 1. *qu.* 13. *n.* 40. Carpz. *P.* 2. *C.* 11. *D.* 11. *n.* 14. Ad Dn. Struv. *Obs. Feud. p. m.* 37.

Th. L.

In Mobilibus quoque feudum ex praxi Germania constituitur.

Quæ res infeudari queant? difficilis, utilis tamen inspectionis est Mobilia objectum feudi fieri non posse, multi Feudistæ, (inter quos Dn. Mauritius *Posit. Jur. Feud. Contr. dec.* 5. §. 1. 2. & 3.) ideò negant, quod iis datis nullum directum dominium remanere videatur. At verò quid obstat, quo minus res hic ut in quasi usufructu consideretur? Jus enim directi Dominii fundari in cautione ob rem mobilem præstitâ potest, ita ut si non verum & proprium, improprium tamen & quasi feudum, adinstar improprii & quasi ususfructus, constituere valeas, ne paciscentibus de rebus suis pro lubitu disponendi facultas adimatur & id quod inter eos actum est, facilè & temerè irritetur, sic praxis (ad quam omninò respiciendum) edocet, quod in pecunia sæpius feudum constituatur. In Saxoniâ pecunia in feudum non rarò convertitur, idque literis investituræ inseritur hac formulâ: Daß dem Gelde die Art und Eigenschafft des Erbes benommen und es zu Lehn gemacht / oder in Lehn verwandelt worden sey. Hinc & in Electoratu Brandenburgio aliisq; provinciis talia pacta quotidiè fiunt & secundùm ea pronunciatur. Friderich. Pruckm. *Cons.* 48. *num* 130. & 131. ibi: *Recordor,* ait, *quod ubique ferè, nec non inter nostrates quoque moribus receptum, ut ex pecuniâ feudum constitui possit.* Finckelth. *Contr. Feud. Disp.* 3. *Contr.* 9. *lit. a.* Adde etiam Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. cap.* 4. *aph.* 2. & *seqq.* Dn. ab Eyben Elect. Jur. Feud *cap.* 10. §. 11. subtiliùs dici posse existimat; Jus percipiendæ pecuniæ vel reditus quàm pecuniam in feudum teneri. Confer Finckelth. *p.* 299.

Th. LI.

Domania an infeudari l. subinfeudari queant?

Domania (quæ sunt jura & bona ad publicos Reipublicæ usus expressè vel tacitè destinata) an in feudum dari queant? sæpius disceptatum fuit. Rosenth. *de feud. cap.* 4. *Concl.* 15. *n.* 2. & Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 6. *a*, 6. ordinariè videntur eam facultatem Imperantibus denegare. Distinctè hæc res decidenda pro diversitate Imperiorum & statuum. In regno absoluto & patrimoniali Imperans sicut plenè in reliquis, ita & quoad domania, liberè disponere, adeoque haud dubiè ea infeudare valet, ita ut actus infeudationis non nullus, sed potiùs validus habendus sit; licet non negaverim, Imperantem in conscientiâ peccare, si non ob prægnantem causam talem infeudationem suscipiat, adeoque publico media subtrahat: Etenim in conscientiâ obstrictus est publicam utilitatem quocunque modo promovere. In Regno & Imperio non absoluto, sed v. g. Procerum & populi voluntate delato, sub hac fortè conditione, ne Imperans absolutum in publicis disponendi arbitrium sibi sumat, citra Procerum vel populi consensum nec domania infeudari posse credendum est. Qui enim fructus immediatè publicis usibus destinati, illis merito etiam impenduntur. Fieri tamen non rarò consvevit, ut in hoc regiminis genere populus & proceres liberiorem de his bonis, pro necessitate & utilitate Reipublicæ, disponendi facultatem Imperanti relinquatit, quo facto, id quod ab eo infeudatum, à populo quoque & proceribus ratum habendum. In Imperio nostro jam ab antiquo talis infeudandi domania potestas, experientiâ teste, Imperatoribus relicta: Hac enim ratione Status & Ordines Imperii Regalia fisci &c. sunt consecuti. In secularibus territoriis nullum dubium, Principes, Comites &c. Domania ab Imperatore feudali nexu quæsita subinfeudare licitè posse, ita ut actus subinfeudationis nullatenus, ne quidem à statibus provincialibus (von denen Land-Ständen) improbandus sit? nisi per specialem promissionem à Principe, Comite &c. mediantibus litteris Reversalibus, ipsis in constituendis hujusmodi subfeudis jus consentiendi datum. In Ecclesiasticis territoriis, si domania nondum sint infeudari solita, sine Capituli consensu ex praxi Germaniæ infeudari & subinfeudari nequeunt. Quâ ratione Seculares liberiores, quam Ecclesiastici. Vid. uberius hæc deducentem Dn. Præsid. in nuper edito tractatu *de Doman. Regn. Germ. in eoque content. region.*

Th. LII.

Imperator

1. Notum, Imperatoribus præscriptum, & expressè quidem primum in

in Capitulatione Caroli V. art. 24. postea verò in Capit. Leopold. art. 30. feuda majoris momenti Imperio aperta & vacantia ne aliis reinfeudent, sed Imperalibus bonis incorporent. Quæ lex quidem ex usu Reipublicæ Germanicæ est, verum Dn. Rhetius *in Instit. Jur. Publ. lib. 1. tit. 4. §. 61.* testatur, ne unum quidem feudum apertum hactenus in eum usum impensum fuisse. Confer etiam *Buxtorff. ad Aur. Bull. c. 7. th. 87. lit. 1.* Coring. ad Lampad. *pag. 194. & pag. 94.* Hermes *fascicul. Jur. Publ. c. 18. n. 58.* Limnæus ad *cit. art. 24. p. 282.* Itter. *de Feud. Imp. c. 7. § 8.* Antehac quidem simpliciter Imperatori feuda ad Imperium reversa nulli denuò conferre prohibetur; postea verò per Ferdinandi IV. & Leopoldi I. Capitulationes concessio ista saltim Electorum consensu suspensa fuit *art. 30.* Hactenus etiam reliqui Status per monita suum consensum attendendum esse prætenderunt, nihil verò adhuc profecere. Feuda minoris momenti sub prohibitione capitulationis non continentur, dum in eâ tantum feudorum, die etwas merckliches ertragen / mentio fit: De cætero feuda minoris momenti regalia sint nec ne, nihil interesse videtur. Electoratus sub hac Capitulationis prohibitione non contineri, supra th. 37. dictum; ad illos enim reinfeudandos præcisè obstrictus videtur Imperator, non obstante *A. B. art. 7.* dispositione. Magnâ vero contentione annô hujus Seculi 23. testantibus actis publicis, quæ apud Londorpium *tom. 1. l. 6. c. 151. & seqq. pag. 1066. & seqq.* extant, depugnatum est: An solus Imperator ejusmodi Electoratus vacantes, non adhibito Electorum consensu, suo arbitratu aliis elargiri queat? fusius rationibus pro & contra adductis examinat sæpe laudatus Dn. Itter. *de feud. Imp. c. 7. §. 15. usque ad §. 31.* An vero ante Capitulationes Præscriptas Imperatoribus hujusmodi infeudationes fuerint licitæ? disquirit etiam Limnæus, qui jam dudum ante Carolum V. liberam reinfeudandi licentiam Imperatoribus non competiisse, aut certè non nisi cum statuum consensu Ducatus & alia majora Imperii feuda denuo infeudare potuisse, aliquot hanc in rem productis exemplis adstruere nititur *ad Capit. Car. V. p. 273. & 275.* Sed præterquam quod contrariis exemplis, quorum Strauchius *in Diss. de Oppig. Imp.* & alii meminerunt (vid. Otto *Jur. Publ. c. 11. p. 354.*) convinci queant, etiam illud fortasse in rem fuerit hîc annotasse, quod reposuit Franzckius *Lib. 3. Resolut. 1. num. 32.* sc. exinde nondum sequi, quod facultas illa Imperatoribus non competierit, cum assensus ille non necessitatis, sed consilii fuerit, quod Imperatores in Comitiis plerumque hujusmodi feuda conferentes adhi-

quomodo quondam, quomodo verò hodiè imperialia feuda noviter conferat?

adhibuerint, idque amplius ex *l.* 8. *C. de LL.* illustratum ivit. Add. Inter. *de Feud. Imp. c. l.* § 33.

Th. LIII.

Regalia majora & minora, superioritas territorialis, jus territoriale, Majestas, reservata, dignitas regalis realis & personalis, quomodo ab invicem differant?

Regalia infeudari posse, communissima sententia est: utile verò cognoscere, quâ ratione regalia majora & minora, superioritas territorialis, jus territoriale, Majestas, Reservata, dignitas Regalis ab invicem differant; nil enim frequentius, hos terminos confundi. Aliter verò aliqui ex his terminis accipiuntur in Politicis, aliter ex usu & consvetudine Germaniæ. Si juxta ἀκρίβειαν politicam dicti termini sunt explicandi, hac ratione procedendum videtur; ut Majestas accipiatur pro summâ in civitate ubique potestate, adeoque æstimetur tanquam totum potestativum, plures sc. facultates & potentias Regalia dicta, in suo complexu continens; Regalia ergo â Majestate differunt tanquam pars â toto. Majora Regalia â minoribus discrepant hoc: quod illa sint jura formaliter Majestatem constituentia; & tales facultates quæ necessario ad regendam Rempublicam requiruntur, adeoque κατ' ἐξοχὴν & eminenter, imo propriè & unicè; nomen Regalium merentur. Minora abusivè, æquivocè & impropriè Regalia nuncupantur; sunt enim jura non formaliter Majestatem & summam, jam descriptam, potestatem constituentia, sed eâ longè inferiora, Majestatique propriè sic dictæ subservientia, v. g. jus piscandi, jus venandi; hæc enim jura sine charactere Majestatico intelligi possunt, & videmus privatis quoque ea conferri, ita ut hoc ipso publicæ & Majestaticæ personæ non fiant: dicta verò Regalia eò, quod hodiè plerumque majestaticis personis soleant competere; adeoque non in suâ naturâ Regalia, sed tantùm extrinsecè & subjectivè ita audiunt: Quamdiu ergo Majestatica persona in possessione horum jurium est, tamdiu ex usu loquendi Regalia, propter subjectum, regalem dignitatem habens, nuncupaveris; Quod si verò privata persona eorundem possessionem nanciscatur, vix commodè Regalia, ne quidem minora, dixeris; licet ex usu Germaniæ hæc jura, e. g. Nobilibus aliisve â Principibus applicata, non rarò Regalia, sed impropriissimè, vocentur: Circa nomen tamen Regalium id præterea observatu dignum; istud Imp. Friderici & non uno eum antegresso seculo strictiùs acceptum fuisse pro Imperii reditibus s. fisci juribus; atque ita in ejus ævi documentis literariis, Historicis & Scriptoribus rerum Germanicarum utplurimum sumitur. Dn. ab Eyben in *Elect. Jur. Feud. c.* 10. §. 8. Superioritatis sive juris territorialis terminus

olim

olim incognitus, adeoque, teste Böcklero in Notitiâ Imperii, recentioris ævi est, Statibus & immediatis Imperii membris quoad sua territoria nunc competens. Jus territoriale præcisè & formaliter, ex mente Furstnerii de *jure Suprematus*, consistit in facultate & potestate majori vi & manu militari, si opus, subditos continendi in officio. (hoc vero jus nominando, non ea quæ innexa solent esse, excluduntur, quale connexum v. g. jus exigendi homagium, (Erbhuldigung) imponendi collectas, (Steuren) ad sustinendam manum militarem &c.) Hanc potestatem qui habet, propriè jus territoriale possidet, licet fortè extranei Principes quædam Regalia in eo quoque territorio exerceant. Horum ergo jura nudè Regalium, illius vero eminenter superioritatis vel juris territorialis nomine efferri consveverunt: Illi extra, hi in territorio potestatem suam exercere dicuntur. Jus verò terrritoriale, quod probè notandum, exceptis Reservatis Imperatoriis, omnia Regalia adjuncta habere præsumitur, donec aliquis extraneus unum alterumve exemtum sibive competens probaverit; Hac igitur ratione jus territoriale vel superioritas territorialis potissimum accipitur pro toto potestativo & collectivo, continente plures potentias & facultates diversæ naturæ & conditionis, quarum ratione Status & Ordines Imperii partim Majestaticæ partim subditæ personæ dici poterunt; Sic status & immediati jus obtinent varii generis leges ad publicam territorii sui utilitatem ferendi, facultatem constituendi Magistratus, collectandi subditos, in criminalibus citra provocationis metum pronunciandi sententiam, ut alia hujus generis jura nunc taceam; in his juribus ex notoriâ Germaniæ & legibus publicis comprobatâ consuetudine Imperatori nullum reformandi & irritandi arbitrium relictum: quo nomine etiam meritò summam statibus potestatem adscripseris, semper tamen salvo manente vinculo Vasallitico, quod, ut Grotius *de J. B. & P. l. 1. c. 3.* §. 23. monet, formaliter nullam subjectionem involvit. Vide m. Vietorem *de Exemt. Concl.* 22. At verò vi superioritatis territorialis alterius generis jura adhuc Statibus competunt, quorum ratione Imperatori vi Reservationis meritò supremum arbitrium tribuitur. Sic in jurisdictionalibus, ubi ad Imperatorem fit provocatio, toto die cernimus statuum & immediatorum sententias reformari, quod omnino signum summæ potestatis, Grotius *de J. B. & P. lib.* 1. c. 3. §. 7. In reliquis etiam Reservatis quis Imperatori negaverit summitatem & Majestatem? quo nomine Status & immediatos Imperatoris subditos (Ihrer Käyserl.

Maj. aller unterthänigste) jure dixeris. Proinde jura, in quibus citra irritandi metum Status in suis territoriis constituunt, κυρίως & propriissimè; in quibus aliter, impropriè & vulgariter Regalia audiunt. Ad hujus generis jura spectant ea quæ habet Dn. Ziegler *de Jur. Majest.* quando ait: *Facit hæc superioritas Imperatoria, ut quanquam plurima à Ducibus usurpentur Majestatis axiomata, Majestas tamen propriè dicta iis non competat.* Dignitas Regalis quomodo à recensitis discrepet, constat ex his quæ supra th. 27. exposita, ubi distinctio facta inter dignitatem Regalem Realem & Personalem. Personalis, v. g. Principis & Comitis, quæ sæpe competit certis personis, quibus tamen deest dignitas regalis realis; quæ accipitur vel pro Comitatu, Principatu: vel pro jure & superioritate territoriali: vel pro jure & superioritate territoriali & simul jure votandi in Comitiis. Quin & dignitas regalis realis non raro illorum est, qui dignitate regali personali non sunt conspicui. Ita plurimi sunt possessores Principatuum & Comitatuum (Inhabere der Fürstenthümer und Graffschafften) qui tamen nec ipsi Principes vel Comites; Multi ergo cernuntur Duces & Comites titulares sine territorii regalibus. Reservata appellari consveverunt jura, quæ Imperatori ex tot juribus Majestaticis, quondam plenè & integrè competentibus, mansere residua. Malè à quibusdam in his reservatis majorum regalium adæquatum numerum reperiri statuitur; cum & plura majora regalia, præter reservata, tanquam communicata Statibus, reperire liceat. Dictis adde Dn. ab Eyben *Elect. Jur. Feud. c. 10.* §. 9. qui brevibus distinctionem horum jurium ita exponit: *Quibus nunc ita constitutis, rectè statui patet posseque fieri, ut (1.) qui de Regalibus investitus, superioritatem tamen territorialem non habeat; & (2.) qui æquè de hac & illis investitus, nec tamen dignitatem regalem habeat; & hæc denique (3.) cui concessa, regalium tamen & superioritatis territorialis expers sit. Sic (1.) non tantum multi Illustres, sed & Civitates municipales, territorio carentes, utrique ex investitura aut alio justo titulo Regalia tenent exercentque. Porrò (2) Civitates Imperii & multi Nobiles immediati regalia ac superioritatem territorialem, non autem regalem dignitatem unà habent. Et contra (3.) dignitate istac innumeri effulgent territorio & territorii juribus s. regalibus planè destituti; non Comites tantum & Barones, sed & Duces, Principes &c.* Conf. Du. Mauritium *Posit. Jur. Feud. contr. Dec. 6. §. 1. & 2.* qui itidem haud inelegantia, quæque notari merentur, habet; *Jura illa* (puta regalia) *competunt interdum illis, qui superio—*

superiorem non agnoscunt nisi Deum; interdum ex communicatione summi Principis, etiam aliis, qui superiori potestati subsunt. Utroque modo considerata, regalia rectè dicuntur; Collectio tamen illorum, quando independenter ab alio habentur, Majestas; quando dependenter, in Germaniâ quidem Jus superioritatis territorialis vocatur, vel simile quid significante vocabulo, (Jurisdictionis, Juris territorialis) *alibi exprimitur. Sin unum, duo, vel saltem pauciora hujusmodi jura alicui concessa solùm sint, nec Majestatem nec superioritatem territorialem facient; sed ex privilegio, aut praescriptione, qui ea acquisivit, habere dicetur. Quod si sint quaedam inter jura haec, quae non tribuantur aliis, sed penes praecipuum unum, ex fundamentali Reipublicae lege aut consuetudine antiquissimâ remaneant, ea reservata dicentur. Quae nobis videtur optima, inter Majestatem, superioritatem territorialem, Regalia, Reservata, distinctio, Doctoribus etiam illis, qui de Regalibus libros integros scripserunt, vel neglecta penitus, vel confusis diversis considerandi modis, aliter quàm se reipsa habet, tradita.*

Th. LIV.

Non res modo singulae, v. g. specialia regalia, ab Imperatore in feuda conceduntur, sed & universales, cum universitate jurium, feudi objectum fieri possunt, quo casu & res sacras, religiosas &c. naturâ tamen usuq; pristino earum nihil imminutis, unà ad Vasallum transire non dubitandum, & manifesta observantia id abunde evincit, maximè in terris Principum & Procerum Augustanae Confessioni addictorum, quos sacrorum quoque & Episcopalia jura habere constat. Insignia ejus exempla habemus in Feudis Principatus, Comitatus, Baroniae &c. quatenus ea ex variis terris, castris, hominibus, dominiis, eorumque pertinentiis & aliis rebus incorporatis, juribus item regalibus &c. Imp. in Ducatum, Principatum &c. uniunt, creant & erigunt. Vid. Dn. ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c. 10. §. 2. & 10.* Quondam Imperatores brevibus & nullâ cum solennitate verborum solebant territoria cum pertinentiis concedere, Die Fürstenthümer/ Graffschafften/ mit ihren Zugehörungen und pertinentien. Hodiè moris, ad evitandas lites, singula ferè regalia speciatim recensere: cum frequentissimum, extraneos quandoque Regalia in alienô praetendere territorio, imprimis ubi territoria non st. conclusa, wo keine geschlossene/ sondern gemengte territoria sind. Subditorum verò res in se allodiales, non eò feudales, quod jus territoriale ab Imperatore feudali nexu quaesitum: Territoriale enim jus tanquam eminens longe diversum à subordinato

Imperatori universitates infeudante, quid videatur collatum?

nato isto privatorum dominio; jus ergo territoriale, quod quidem effectivè afficit subditorum bona, potest esse feudale, cum res privatorum, in territorio sitæ, sint & maneant mere allodiales.

Th. LV.

Notabilia exempla recitantur, quam variis titulis territoria & Regalia ab Imperatore Statibus & immediatis conferantur

Specialia & notatu longè dignissima nunc ponderanda; quam variis sc. modis ac titulis territoria, particulares res, & regalia ab Imperatore Statibus & immediatis conferantur. Enimverò constat, quod Imperator particularia quædam prædia uni alterive vel infeudaverit, vel allodiali titulo dederit, juribus regalibus iterum alii concessis, ut ostendit, Autor *Actor* :| *Lindav.p.*337. *&* 916. Lyncker. *disput. de super. territ.* p. 45. *seqq.* Add. Itter. de *Feud. imp. c.* 8. §. 30. Imo, eodem teste Ittero *c. l.* §. 31. exempla Imperii nostri reperiuntur, ubi totum quandoque territorium ut allodium ab Imperio immediatè fuit acquisitum, vel, quod magis mirum cuiquam videri possit, ab aliis Imperii ordinibus in feudum obtentum, (quo de vide supra *th.* 22. Dn. ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c.* 6. §. 7. Confer. Seckendorffs Teutscher Fürstenstaat *p.*65.) Regalibus verò ejusdem territorii feudali lege ab Imperio recognitis; Idq; in Imperii Comitatibus quibusdam agnoscit Schoppius in *Thes. Feud. c.*1. *sect.* 1. *p.*1. *&* 4. Cujus conditionis Schamburgicum Comitatum esse quidam Feudistæ testantur, qui ut allodialis fertur concreditus, vid. *Stuck. Cons.* 16. *n.* 504. exceptis regalibus quæ sunt Imperii feuda. Aliqui Baronatum quoque Hohen Geroldseck Austriacum esse feudum, regalia verò ejusdem feudali titulo ab Imperio procedere perhibent. Porro & Comites Wertheimenses jura regalia ab Imperio sub fiduciæ lege, ipsa autem territoria, pagos nimirum, villas & præfecturas eâdem lege â diversis Imperii Principibus recognoscere, notat Sprenger in *Ellychn: pag.* 341. Consimile exemplum Dynastiæ alicujus, ubi territorio allodiali existente, jurisdictio & alia quædam jura beneficiariâ lege ab Imperio dependent, annotavit Besoldus *Thes. Pract. voc.* Lehn & Rosenthal *de Feud. cap.* 5. *Concl.* 6. *n.* 7. ita loquitur: *Et ita nuper vidimus exemplum in Germaniâ, ubi regalia & merum Imperium* (der Blutbann) *alicujus Baroniæ sunt uni infeudata, cum territorium & reliqua ad alium jure proprietatis pertineant, de quo una in jure respondi.* Vice versâ jura hæc regalia non feudi duntaxat, sed & aliis pleni dominii titulis & allodiali jure posse acquiri testatur Dn. Eyben in *Elect. Jur. Feud. cit. c.* 6. §. 7. Laudatus Dn. Itterus Comites Sarwerdenses maximam suorum regalium partem allodiali titulo possidere, ex Gæd-

deo *Vol.* 4. *Cons. Marp.* 37. credit. Pariter & Seinenses Comites regalia sua jure allodii exercere, à viris fide dignissimis se accepisse testatur. Licèt verò, quod iterum probè notandum, Ducatus, Principatus, Comitatusve feudali plerumque vinculo Cæsari atque Imperio obnoxii sint, eosdem tamen pagorum aliorumque locorum, qui allodiales plerumque sunt, interjectu distingvi atque interrumpi subinde videas, denn es ist fast unmöglich im Römischen Reich/daß Reichs-Fürstenthume/Graffschafften oder Herrschafften gantz und gar Lehn seyn/und nicht auch etliche gewisse eigene Dörffer und Güter untermischet haben/ so durch Kauff oder andere weise erworben worden/ uti loquitur Mylerus *Gamolog. c.* 12. *n.* 2. & rarissimè in Imperio Romano-Germanico Ducatus aut Comitatus in solidum feudales esse idem scribit *d. l. n.* 18. cum quo consonat Dn. à Rhetz, quando vix in Germaniâ territorium dari pronunciat, cui non allodiales terræ immixtæ sint *ad* 1. *Feud.* 3. *p.* 189. Cujus originem inde deduci putat Itterus *de Feud. Imp. c.* 8. §. 17. quod Imperatores antiquis temporibus in Ducatuum atque Comitatuum concessionibus & infeudationibus, non modò civitates, villas atque castra, sed & bona quædam particularia, aut jura etiam sibi reservare, & à generali illâ concessione excipere subinde consveverint, sed & de bonis anteà Imp. feudalibus portionem quandam decerpserint, eamque allodiali titulo suis Vasallis concesserint, vel piis locis atque Ecclesiis villas de integris Comitatibus decerptas liberaliter Jure allodiali donaverint. Ita Juliacensibus Imperii feudis multa atque insignia bona allodialia, ut & alia feuda innexa atque in corporata esse refert Merckelbach apud Klock. *Tom.* 1. *Cons.* 7. *n.* 691. Idem in Hassiæ Landgraviatu usu venire, apparet ex *actis Hassiacis* die Marpurg. succession betreffend *sub rubr. libell. art. pag.* 5. *art.* 24. *seqq. & rubr. Except. fori declin. pag.* 69. Ducatui Brunsvico-Luneburgico quænam allodialia bona inserta sint, specialiùs ostendit Schoppius in *Thes. Feud. cap.* 3. *Obs.* 1. *pag.* 442. *seq.* cui jungi potest Richt: *Vol.* 2. *Cons.* 16. *n.* 1. Vid. Michael. *Resp. Kilon. pag.* 111. Idem de Saxoniæ Ducibus colligi potest ex actis Conventus circularis Franconiæ anno 1609. Norinbergæ habiti, quæ per excerpta exhibet Limnæus *Tom.* 1. *Addit. lib.* 5. *c.* 15. *p.* 933. *seqq.* Add. *Klock. Tom.* 3. *Cons.* 182. *num.* 651. Quid quod non rarò Principes Imperii allodialia bona à privatis comparaverint, eaq; suis Principatibus non eatenus univerint, ut & Feudalem naturam Principatuum participarent, sed tantùm ut ad meliorem conservationem Principatui

cipatui

cipatui connexa manerent. Hic tamen probè notandum, licet allodiali jure vel territorium, vel tantùm regalia ab Imperio ſint acquiſita, nihilominus ſuperioritatem Imperialem in tale territorium vel regalia, non aliter ac in bona alia imperii feudalia, Imperio ejusve capiti ſemper manere ſartam tectam. Ea tamen potiſſima differentia eſt, quod is, qui territorium vel regalia feudi jure habet, eadem jure ſucceſſionis ad poſteros transmittat, quodque tale feudum familiâ deficiente ad Dominum feudi redeat, ſecus atque in illo contingit, qui territorium & regalia allodii jure habet, uti probè monuit Beſold. *P. 3. Jur. Publ. Poſth. c. 5. p. 250.* Itter *de Feud. Imp. c.* 8. §. 32. De cætero non integrum regalium complexum, ſed tantùm unum vel alterum regale in alieno territorio ab Imperatore Statui vel immediato infeudari, experientia quoque teſtatur. Quin & in eodem territorio quædam regalia jure feudi, quædam verò jure allodiali ab Imperio acquiri, experientia comprobat. Ita Comites in Sarvverden ſaltem jus vectigalium & viarum publicarum hac lege ab Imperio conſequi, cætera autem, quibus gaudent, regalia allodii jure poſſidere & exercere contendit Gœdd: *Vol. 4. Conſ. Marp. 37. n. 92. ſeqq.* Confer iterum hæc elegantiſſimè tractantem Dn. Itterum *cit. loc.* Notum præterea eſt, ab Imperatore non tantùm regalia, ſed & certa officia infeudari. Sic judicii Rothvvilenſis munus Præſidis ab Imperatore dependet; hodie perpetuus ejus judicii Præſes eſt Comes de Sultz. vid. Dn. Maurit. in *Diſſ. de Judic. Rothvvil. c. 2. §. 6.* Ita etiam ſupremi Poſtarum Magiſtri per Imperium officium, das General-Reichs-Poſtmeiſter Ambt/ ab Imperatoribus in feudum recognoſcunt Comites de Taxis. De aliis ejusmodi officiis vid. *Dn. ab Eyben in Elect. Jur. Feud. c. 10. n. 11.* Deniq; in Cæſareis inveſtituris atque conceſſionibus ab aliquot retro ſeculis præter ſuperiorem atque inferiorem jurisdictionem (hohe und nieder-Gerichte) ſpeciatim quoque banni ſangvinis (des Blut-Banns) mentio ſubinde fit, ut cognoſcere hinc liceat in Imperii nonnullis locis bannum ſangvinis â ſuperiori quoque jurisdictione diſtinctum planè & ſeparatum quid eſſe, quam in rem Imperialis inveſtituræ exemplum produxit Beſold. *in Theſ. Pract. voc.* Blutbann. Confer. Schilter *Exerc. 6. ad P. th. 9. & 12.* Eodem modo in Imperialibus Wertheimenſium Comitum inveſtituris, den Blutbann oder Hals-Gerichte/ maniſeſtiſſimè ab invicem diſtingvi & ſeparari docet Reinhardus im Wertheimiſchen Genenbericht *c. 12. p. 301. & p. 310.* qui & differentiam inter Cent- & Malefitz. ſ.

 Hals-

Hals-Gerichte ex iisdem egregiè demonstrat *p.* 315. Add. Itter. *de Feud. Imp. c.* 8. §. 6. Besoldus *c. l.* jurisdictionem criminalem versari circa scelerum & facinorum cognitionem, merum imperium verò (Blutbann) circa eorum pœnas, & ita Rudolphum II. Imperatorem in causâ Myndelheimiâ hæc ab invicem distinxisse, daß nemlich das Hals-Gericht die cognitionem criminalem, und der Blutbann die excution an malefitzischen Persohnen begreiffe / testatur. Plerumque tamen hodie nomine superioris jurisdictionis (der Ober-Gerichte) intelligi & comprehendi etiam solet der Blutbann.

Th. LVI.

Regalia & jurisdictio partim privativè, partim cumulativè partim subordinatè ab Imperatore statibus & immediatis collata.

Regalia & jurisdictio ab Imperatore Statibus & immediatis an cumulativè, anvero privativè, an alio modo concessa intelligantur? valde hactenus inter Feudistas (vide Lyncker *de superiori territ. p.* 43. *seqq.* & Schilter *ad D. Exerc.* 6. *th.* 11.) controversum fuit; aliquibus privativè, quibusdam cumulativè, nonnullis subordinatè id fieri determinantibus. Pro diversitate regalium & ex variis concedendi modis quædam privativè, quædam cumulativè, quædam subordinatè concredita videntur. Cumulativè dicuntur concedi, cum ita conferuntur, ut expedire ea possit & concedens & is cui conceduntur, Privative si ita conceduntur, ut solus accipiens ea exercere possit, non etiam concedens. Subordinatè, ubi in inferiori instantia determinandi jus quibusdam conceditur, appellationis & provocationis beneficio concedenti nihilominus in iis juribus relicto. Si Imperator Statibus communicavit reservatorum suorum exercitium, v. g. jus creandi Nobiles, Comites Palatinos, jus legitimandi, famæ restituendæ, prout quibusdam familiis ea jura concessa è jure publico novimus, tunc cumulativè id factum haud dubiè intelligitur. Quâ ratione etiam Cameræ jurisdictio in ordine ad judicium Aulicum Cæsareum in quibusdam causis cumulativè concessa creditur. Quod verò attinet infeudata jura quædam Statuum territorialia, quæ ita exercentur à Statibus, ut ne provocatio quidem ad Imperatorem sit licita, qualis conditio v. g. in supra *th.* 52. exposito jure collectandi, ferendi leges & Statuta provincialia, judicandi in criminalibus conspicitur, ibi justè dixeris privativè infeudationem ab Imperatore factam, manente licet directi dominii jure, quod tali concessioni non adversatur. Quod verò reliqua jura territorialia non absoluta spectat, v. g. jurisdictionem in civilibus, ubi provocatio ad Imperatorem conceditur, ipseque habet reformandi & irritandi arbitrium, illa dubio procul subordinatè

sustinet, merito istum nexum feudalem continuat. Sciendum tamen, Imperatorem alio respectu infeudare, alio infeudari. Quatenus Impetor, haud dubie nomine Imperii feuda confert: Quatenus Rex Bohemiæ & Archi Dux Austriæ, adeoque velut alia persona moralis, feuda ab Imperio accipit; quod fieri commodè poterit, si vicaria persona, mandatario quasi nomine, laudati Regni & Archi-Ducatus investituras petat. Proinde non inconvenienter dixeris, Imperatorem sibi, ut tali, investituras non conferre. Sic etiam Archi-Episcopus Trevirensis, nomine Cæsaris & tanquam Commissarius illius, sibi ipsi ut Commendatori Monasterii Imperialis S. Maximini in Arhi-Episcopatu Trevirensi anno 1549. investituram Imperialem per procuratorem fecisse legitur *P. I. defens. Monast. S Maxim. c. 1. sect. 1. §. 14. pag.* 34. Ipsumque investituræ diploma extat *P. 3. n.* 56. Quin & Regem sub tali schemate se ipsum aliquando investivisse memorat Reincking. *de R. S. & E.* Add. Itter. *de Feud. Imp. c. 5. §. 1.*

Th. XL.

Rex Romanorum an infeudet?

Rex Romanorum citra Imperatoris viventis autoritatem & jussum feuda Imperialia reinfeudare nullatenus potest. Alia vero illius potestas, si Imperator mortuus, ipseque mox in Cæsarem s. Imperatorem promovendus. De Vicariis verò Imperii vi *A. B. c. 5. §. 1.* expresse constitutum, quod feuda Principum & vexillifera tempore interregni reinfeudare nequeant; quorum collatio soli Imperatori vel Regi Romanorum reservata.

An Vicarii imperii?

Th. XLI.

Vnde natus error, Electoribus à Bambergensi Episcopo Electoratus & officia infeudari?

Diu hactenus creditum fuit, Electoratus, illisque adhærentia quatuor officia ab Episcopo Bamberg. conferri in feudum. Verum plures nunc Feudistæ commentitium atq; falsum hoc esse, satis probarunt & cùm Electoratus tùm officia electoralia per investiturã Cæsaream conferri exemplis comprobarunt. Inde vero communis error natus est, quod Electoribus per concessionem Heinrici II. Imperatoris quædam bona, ad terras Electoratuum pertinentia, ab Episcopo Bambergensi in feudum concedantur, quorum intuitu similia officia dicto Episcopo per Subofficiarios exhibent. Singulis his officiis adhærentes terras atque ditiones compendio quasi enumerat Autor des Löwensteinischen Gegenberichts, contra dem Würtzburgischen Bericht *cap. 1. in pr.* Conf. Dn. Struv. *Synt: Jur. feud. c. 3. a. 7. n. 16.* Itter. de Feud. Imp. *c. 3. §. 23.* Conring. *in Not. ad Lampad. pag.* 160. *& seqq.*

Th. XLII.

Th. XLII.

Episcopi, Prælati aliæque Ecclesiasticæ personæ per Capitula ita solent esse constricti, ut non tam facilè prout seculares Principes de territoriis suis res infeudari constituant, atque subfeuda forment. Enimverò in rebus infeudari solitis formandis, præter alias solennitates, Capitularium consensum requirere opus habent. Res verò infeudari semel solitas vacantes factas atque reversas, Episcopus citra consensum Capituli licitè reinfeudat. Quid verò requiratur, ut res dicatur infeudari solita? Vid. Dn. Præsidis Tract. *de Domaniis Regni Germanici in eoque contentarum regionum cap. 9. num. 68. & seqq.* Quod si verò sedes vacet, Ecclesia, tam Cathedralis quàm minor, Prælati vel Episcopi personam repræsentans, res infeudari solitas licitè reinfeudat, licet aliqui, inter quos Rittershus. *l. 1. c. 5. quæst. 11.* ecclesiam Cathedralem vi *tit. X. ne sed. vacant. quid innov.* id non posse statuant. Quibus tamen meritò contrariatur Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 5. a. 9 n. 6.* statuens, limitationem hanc in alleg. *tit.* non esse fundatam. Capitulum tamen sede vacante, in rebus, particularibus personis infeudari solitis, vacantibus semet infeudare minimè potest, quia id feudum nunquam esset reversurum, dum Capitulum nunquam moritur; & sic ad manus mortuas (quæ amortisatio dicitur) veniret *c. libert. 12. quæst. 1.* Ex eadem ratione nec civitati, nec collegio de moribus feuda acquirere licitum, nisi impetrata à Principe ejus rei gratiâ. Hujusmodi statuta in quamplurimis Germaniæ locis utiliter vigent, eaque in Camerâ Imperiali probantur & in judicando observantur. Stephan. *de jurisdict. l. 2. p. 1. c. 14.* Schrader. *Cons. 39. num 185.* Rosenth. *de Feud. cap. 4. concl. 20. num. 6. & concl. 36. Id cap. 9. concl. 33. num. 7.* Quin & vetus conditio infeudandi hâc ratione mutaretur, quod tamen prohibitum *tit. X. ne sed. vac. quid innov.*

Episcopi, Prælati non ita facilè, ut seculares, res infeudari solitas formant.

Sede vacante an capitula res infeudari solitas reinfeudent? Et cui?

Th. XLIII.

Non omnes, qui Imperialia feuda obtinent, hoc ipso Status Imperii sunt. Certum enim, Nobiles Imperii Imperialium feudorum immediatos possessores non tamen Status Imperii esse. Quin & multi Duces Principesve feudatario vinculo Imperio sunt devincti, ut plures reperiuntur in Italia, ubi tamen notorium, eos ut Ordines Comitiis Imperialibus haut interesse. Quid? quod & privati Imperialia feuda nonnunquam sunt consecuti, qualia exempla consignavit Limnæus *ad Aur. Bull. c. 5. §. 1. Observ. 14.* & ex notoriâ Germaniæ

Possessores imperialium feudorum non continuò Status imperii.

con-

consvetudine certum, Imperatoriam investituram non simul Status Imperii constitutionem importare; Etenim ad hujus qualitatis acquisitionem reliquorum Ordinum consensus accedat necesse est. *Capit, Leop. artic.* 44. *R. I. anno* 1654. §. 197.

Th. XLIV.

Civitates imperii quare non sint feuda imperii?

Supra th. 22. dictum, Civitates Imperiales non esse feuda Imperii. Qua ratione verò ad talem non feudalem conditionem, quâ tamen pleræque antea constrictæ, pervenerint? Eleganter recenset Itterus de *Feud. Imp.* c. 5. §. 19. his verbis: „Equidem antiquioribus temporibus Ducibus aliisque Imperii Ordinibus, Civitatum Imp. in Bavariâ, Saxoniâ, Sveviâ, Thuringiâ & Hassiâ, administrationem & regimen feudi lege ab Ottonibus & Henricus Imperatoribus concreditum fuisse memorat Lehmannus *lib.* 4. *Chron. spir. n.* 4. *p.* 286. quod & testimonio suo comprobat (licet nullo adeo certo tempore definitio,) Regum Germaniæ prodigalitatem & negligentiam hac in parte incusans H. Conringius *D. ff. de Vrb. Germ. th.* 118. Sanè si Monacho Weingartensi in Chronico de Welsis Principibus ab H. Canisio *T.* I. *ant. lect.* edito, credimus, Lotharius II. Imperator inter alia etiam Norimbergensem Civitatem genero suo Henrico Bavariæ Duci aliquando in feudum concessit. Ita enim ibi legitur *cap.* II. Ipse (sc. Henricus quem diximus) ad Imperatorem reversus, Ducatum Saxoniæ, Nurenberch, Grellingen, & omnia beneficia; quæ Imperator ab Episcopis & Abbatibus habet, suscepit, Ottonem IV. Imp. quoque Hermanno Thuringiæ Landgravio, in singulare favoris propitiæque voluntatis monimentum, Northusam & Mulhusium, liberas hactenus Regni urbes, in feudum dedisse memorat Arnoldus Lubecensis *lib.* 5, *cap.* 4. Utut verò sit, has, ipsas Civitates obsequio paulo addictiori tum temporis vixisse, vel hoc ipsum argumento est, quod eis regundis Duces Comitesve, qualicunque demum titulo, præfuisse legantur; Postea verò ubi pleniore libertatis usu gaudere inciperent, ipsum quoque feudale vinculum, excusso videlicet imperio illorum, quibus sub feudi lege illæ Civitates cesserant, antiquatum & labefactatum fuisse, haud una conjectura est.“

Th. XLV.

In Saxonia fœminæ quomodo acquirant feuda?

Non tantum masculi sed & fœmininæ ad feudorum acquisitionem admittuntur. In Saxoniâ verò qua ratione feudum ipsis concedatur? refert Norie, in *Addit. ad Finckelth. Disp. Feud.* 5. *Controv.* 18. his verbis:

d

Solet:

Solet verò hodie in terris nostris, si fœminæ conceditur feudum, quidam „ interponi, qui in suam & ipsius animam juret, vocaturque Lehnträger; „ Antequam igitur fœmina investiatur, Curator nomine ejus submissè „ petere debet, ut ipsa persona certa in Cancellaria ad hunc finem produ- „ cta constituatur. P. R. Will demnach Curator hiermit N. N. zum „ Lehnträger vorgestellet haben/mit demüthigster Bitte/denselben darzu „ auf und anzunehmen/und ihr zum Lehnträger zu constituiren. Wenn „ nun so wohl sie/als auch der vorgestellte Lehnträger mit dem Hand- „ schlage solches bestärcket/und er ihr darauf zum Lehenträger constitui- „ ret/er auch die gehörige Vorhaltung angehöret/und daß er und sie „ derselben in allen steiff/fest und unverbrüchlich nachleben wollen/ „ angelobet/und in seine und ihre Seele würcklich geschworen/so wird „ darauf ihr Lehn gewöhnlicher Maßen bekennet und darüber nachfol- „ gender Schein ausgestellet: Auf persöhnliches gestellen Cajæ M. „ Tullii Eheweibes/gebohrnet von N. ist ihr/nachdem zuvorhero „ ihr dißfalls bestätigter Lehnträger (und Ehemann) erwehnter „ T. in ihrer und ihres kriegischen Vormunds G. R. Gegenwart „ die Vorhaltung angehöret/den Handschlag geleistet/und die „ Lehns-Pflicht vor sich und in ihre Seele geschworen/die Lehn „ an dem Guthe N. und dessen Pertinentien/so Mann-Lehnguth „ ist/wie bräuchlich bekennet/und darüber dieser Schein ausge- „ fertiget worden. Actum am &c.

Th. XLVI.

Impuberes, imo & aliquando minores, quando investiuntur, solet differri juramentum fidelitatis, usque dum ad illud præstandum fiant habiles; quem in finem etiam à Domino schedulam aliquam, quam Indultschein vocant, in consvetâ subsequenti formâ accipiunt: Auf schrifftliches unterthänigstes Ansuchen N. N. Witben/ist ihrem unmündigen Sohne N. N. zu Ablegung der Lehnspflicht und Empfahung der Lehn an seines verstorbenen Vaters N. N. hinterlassenen Ritter-Guthe N. biß er das achtzehende/oder zum längsten das ein und zwantzigste Jahr seines Alters ausbracht/hiermit Indult und Anstand bewilliget/und darüber dieser Schein ausgefertiget worden. Datum am &c. Noric. in *Addit. ad Finckelth. Disp.* 5. *th.* 17. *lit.* y. Alicubi tamen constitutum videmus, tutorem obligatum nomine pupilli juramentum fidelitatis præstare. Sic in der Fürstl.

Impuberes & Minores quomodo investiantur?

Gothi. Vormundschaffts-Ordnung *tit.* 13. dispositum legimus: So Mündlein Lehn besitzen / oder theil an gebrochener gesambter Hand haben / lieget denen Vormündern ob / dieselbe auf alle Fälle zu rechter Zeit zu muthen / auch immittelst an der unmündigen statt / die Lehn-Pflicht zuerstatten. Itter *de feudis Imp. c.* 9. *n.* 18.

Th. XLVII.

An pater usumfructum in feudo filii familias consequatur?

Licet in Jure feudali expressè non inveniatur dispositum, quod ad patrem ususfructus feudi filii sui familias spectare non debeat, attamen ex naturâ & conditione feudi, quod ob ordinariam qualitatem, ubi militaria servitia præstanda, castrensi peculio meritò accensetur, ad patrem usumfructum non pertinere, communis est Dd. sententia. Dn. Struv. *S. J. F. c.* 5. *n.* 15. *n.* 4. *in fin.* Dn. Stryck. *Exam Jur. Fend. c.* 10. *qu.* 15. Finckelth. *D.* 5. *th.* 20. Maurit. *Contr. Feud. Dec.* 4. §. 8.

Th. XLVIII.

Electoralis tutela quo casu per testamentum constitui queat?

Electoralis tutela an & testamento determinari? an verò secundum dispositionem *A. B. c.* 7. penes proximum agnatum remanere debeat? multis scriptis, occasione tutelæ Palatinæ, ut notissimum; pro & contra disceptatum fuit. Non inficiandum, à dispositione *A. B.* citra prægnantissimas rationes non esse discedendum, cum haud dubiè ex speciali ratione Status proximioribus agnatis jus tutelæ gerendæ datum & quæsitum. Quod si verò per tutelam legitimam Status Electoralis in discrimen vocetur, tunc video Publicistas & Feudistas (inter quos Dn. *Struv. Obs. Feud. ad c.* 5. §. 6. ubi hanc quæstionem, rationibus pro & contra adductis, examinat) inclinare in eam sententiam, quod à legitima tutela recedi & testamento alia surrogari queat. Quod & meritò utilitatis publicæ gratia, quæ normam plurimis rebus suppeditat, recipitur. Notandum tamen in aliis ditionibus hæreditariis, præter Electoratus, Electorem filio testamento indistinctè tutorem dare posse, cum in illis ratio *A. B.* cesset.

A. B. dispositio tantum spectat ad Electoratus, non alias non-Electorales terras.

Th. XLIX.

Matres aviæque illustres feudorum imperialium quoque tutrices.

Matri, aviæque ratione bonorum feudalium tutelarem quoque administrationem concessam, in Imperio nostro Germanico plurima exempla, etiam illustrium personarum, comprobant. Licet enim in bonis feudalibus mater aviaque non succedant, respectu tamen affectionis singularis ad hanc quoque tutelam admittuntur, haud dubiè eo respectu, quod tutores & tutrices principaliter personæ, secundariè verò rebus dantur, adeoque matri & aviæ filii nepotisve defensio & tutela, obid

 quod

quod bona feudalia habeant, adimi justè nequeat. Sic in Constitutione Politicâ Ducum Megapolensium expresse deciditur, quod mater etiam ratione bonorum feudalium tutrix esse possit. Schrader. *de Feud. p.* 10. *sect.* 19. *n.* 25. Et ex historiis liquet, quod etiam matres Regum, Ducum, Marchionum, Comitum &c. sæpissimè, illorum tutelam susceperint & administraverint. Tiraquell. *in tract. de primogenit qu.* 40. *n.* 299.. Ac in Camerâ ita pronuntiatum esse testatur Raphaël Seiler *in sentent. Cameral. Ann.* 1570. Frid. Fabric. *in Corp. Jur. Camer. tit.* 25. At verò contrariam observantiam in Saxonia annotat Adam Volckman. in *Art. Notar. p.* 4. *c.* 31. *n.* 22. sententiam Scabinorum Lipsiensium, qua mater inhabilis tutrix quoad bona feudalia declaratur, recensens. Idem tradit Heigius *p.* 1. *qu.* 13. *n.* 40. Carpz. *P.* 2. *C.* 11. *D.* 11. *n.* 14. Ad Dn. Struv. *Obs. Feud. p. m.* 37.

Th. L.

In Mobilibus quoque feudum ex praxi Germania constituitur.

Quæ res infeudari queant? difficilis, utilis tamen inspectionis est Mobilia objectum feudi fieri non posse, multi Feudistæ, (inter quos Dn. Mauritius *Posit. Jur. Feud. Contr. dec.* 5. §. 1. 2. & 3.) ideò negant, quod iis datis nullum directum dominium remanere videatur. At verò quid obstat, quo minus res hic ut in quasi usufructu consideretur? Jus enim directi Dominii fundari in cautione ob rem mobilem præstitâ potest, ita ut si non verum & proprium, improprium tamen & quasi feudum, adinstar improprii & quasi ususfructus, constituere valeas, ne paciscentibus de rebus suis pro lubitu disponendi facultas adimatur & id quod inter eos actum est, facilè & temerè irritetur, sic praxis (ad quam omninò respiciendum) edocet, quod in peccunia sæpius feudum constituatur. In Saxonia pecunia in feudum non rarò convertitur, idque literis investituræ inseritur hac formulâ: Daß dem Gelde die Art und Eigenschafft des Erbes benommen und es zu Lehn gemacht / oder in Lehn verwandelt worden sey. Hinc & in Electoratu Brandenburgio aliisq; provinciis talia pacta quotidiè fiunt & secundùm ea pronunciatur. Friderich. Pruckm. *Cons.* 48. *num* 130. & 131. ibi: *Recordor*, ait, *quod ubique ferè, nec non inter nostrates quoque moribus receptum, ut ex pecuniâ feudum constitui posse.* Finckelth. *Contr. Feud. Disp.* 3. *Contr.* 9. *lit. a.* Adde etiam Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. cap.* 4. *aph.* 2. & *seqq.* Dn. ab Eyben Elect. Jur. Feud *cap.* 10. §. 11. subtiliùs dici posse existimat; Jus percipiendæ pecuniæ vel reditus quàm pecuniam in feudum teneri. Confer Finckelth. *p.* 299.

Th. LI.

Domania an infeudari l. subinfeudari queant?

Domania (quæ sunt jura & bona ad publicos Reipublicæ usus expreſsè vel tacitè destinata) an in feudum dari queant? sæpius disceptatum fuit. Rosenth. *de feud. cap.* 4. Concl. 15. *n.* 2. & Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 6. *a,* 6. ordinariè videntur eam facultatem Imperantibus denegare. Distinctè hæc res decidenda pro diversitate Imperiorum & statuum. In regno absoluto & patrimoniali Imperans sicut plenè in reliquis, ita & quoad domania, liberè disponere, adeoque haud dubiè ea infeudare valet, ita ut actus infeudationis non nullus, sed potiùs validus habendus sit; licet non negaverim, Imperantem in conscientiâ peccare, si non ob prægnantem causam talem infeudationem suscipiat, adeoque publico media subtrahat: Etenim in conscientiâ obstrictus est publicam utilitatem quocunque modo promovere. In Regno & Imperio non absoluto, sed v. g. Procerum & populi voluntate delato, sub hac fortè conditione, ne Imperans absolutum in publicis disponendi arbitrium sibi sumat, citra Procerum vel populi consensum nec domania infeudari posse credendum est. Qui enim fructus immediatè publicis usibus destinati, illis merito etiam impenduntur. Fieri tamen non rarò consvevit, ut in hoc regiminis genere populus & proceres liberiorem de his bonis, pro necessitate & utilitate Reipublicæ, disponendi facultatem Imperanti relinquant, quo facto, id quod ab eo infeudatum, à populo quoque & proceribus ratum habendum. In Imperio nostro jam ab antiquo talis infeudandi domania potestas, experientiâ teste, Imperatoribus relicta: Hac enim ratione Status & Ordines Imperii Regalia fisci &c. sunt consecuti. In secularibus territoriis nullum dubium, Principes, Comites &c. Domania ab Imperatore feudali nexu quæsita subinfeudare licitè posse, ita ut actus subinfeudationis nullatenus, ne quidem à statibus provincialibus (von denen Land = Ständen) improbandus sit? nisi per specialem promissionem à Principe, Comite &c. mediantibus litteris Reversalibus, ipsis in constituendis hujusmodi subfeudis jus consentiendi datum. In Ecclesiasticis territoriis, si domania nondum sint infeudari solita, sine Capituli consensu ex praxi Germaniæ infeudari & subinfeudari nequeunt. Qua ratione Seculares liberiores, quàm Ecclesiastici. Vid. uberius hæc deducentem Dn. Præsid. in nuper edito tractatu *de Doman. Regn. Germ. in eoque content. region.*

Th. LII.

Imperator

Notum, Imperatoribus præscriptum, & expreſsè quidem primum

in Capitulatione Caroli V. art. 24. postea verò in Capit. Leopold. art. 30. feuda majoris momenti Imperio aperta & vacantia ne aliis reinfeudent, sed Imperalibus bonis incorporent. Quæ lex quidem ex usu Reipublicæ Germanicæ est, verum Dn. Rhetius *in Instit. Jur. Publ. lib. 1. tit. 4. §. 61.* testatur, ne unum quidem feudum apertum hactenus in eum usum impensum fuisse. Confer etiam *Buxtorff. ad Aur. Bull. c. 7. th. 87. lit. 1.* Coring. ad Lampad. *pag.* 194. *& pag.* 94. Hermes *fascicul. Jur. Publ. c.* 18. *n.* 58. Limnæus *ad cit. art.* 24. *p.* 282. Itter. *de Feud. Imp. c.* 7. § 8. Antehac quidem simpliciter Imperatori feuda ad Imperium reversa nulli denuò conferre prohibetur; postea verò per Ferdinandi IV. & Leopoldi I. Capitulationes concessio ista saltim Electorum consensu suspensa fuit *art.* 30. Hactenus etiam reliqui Status per monita suum consensum attendendum esse prætenderunt, nihil verò adhuc profecere. Feuda minoris momenti sub prohibitione capitulationis non continentur, dum in eâ tantum feudorum, die etwas mercklich̄es ertragen/ mentio sit: De cætero feuda minoris momenti regalia sint nec ne, nihil interesse videtur. Electoratus sub hac Capitulationis prohibitione non contineri, supra th. 37. dictum: ad illos enim reinfeudandos præcisè obstrictus videtur Imperator, non obstante *A. B. art.* 7. dispositione. Magnâ vero contentione anno hujus Seculi 23. testantibus actis publicis, quæ apud Londorpium *tom.* 1. *l.* 6. *c.* 151. *& seqq. pag.* 1066. *& seqq.* extant, depugnatum est: An solus Imperator ejusmodi Electoratus vacantes, non adhibito Electorum consensu, suo arbitratu aliis elargiri queat? fusius rationibus pro & contra adductis examinat sæpe laudatus Dn. Itter. *de feud. Imp. c.* 7. §. 15. *usque ad* §. 31. An vero ante Capitulationes Præscriptas Imperatoribus hujusmodi infeudationes fuerint licitæ? disquirit etiam Limnæus, qui jam dudum ante Carolum V. liberam reinfeudandi licentiam Imperatoribus non competiisse, aut certè non nisi cum statuum consensu Ducatus & alia majora Imperii feuda denuo infeudare potuisse, aliquot hanc in rem productis exemplis adstruere nititur *ad Capit. Car. V. p.* 273. & 275. Sed præterquam quod contrariis exemplis, quorum Strauchius *in Diss. de Oppig. Imp.* & alii meminerunt (vid. Otto *Jur. Publ. c.* 11. *p.* 354.) convinci queant, etiam illud fortasse in rem fuerit hîc annotasse, quod reposuit Franzckius *Lib.* 3. *Resolut.* 1. *num.* 32. sc. exinde nondum sequi, quod facultas illa Imperatoribus non competierit, cum assensus ille non necessitatis, sed consilii fuerit, quod Imperatores in Comitiis plerumque hujusmodi feuda conferentes adhi-

quomodo quondam, quomodo verò hodiè imperialia feuda noviter conferat?

olim incognitus, adeoque, teste Böcklero in Notitiâ Imperii, recentioris ævi est, Statibus & immediatis Imperii membris quoad sua territoria nunc competens. Jus territoriale præcisè & formaliter, ex mente Fürstnerii *de jure Suprematus*, consistit in facultate & potestate majori vi & manu militari, si opus, subditos continendi in officio. (hoc vero jus nominando, non ea quæ innexa solent esse, excluduntur, quale connexum v. g. jus exigendi homagium, (Erbhuldigung) imponendi collectas, (Steuren) ad sustinendam manum militarem &c.) Hanc potestatem qui habet, propriè jus territoriale possidet, licet fortè extranei Principes quædam Regalia in eo quoque territorio exerceant. Horum ergo jura nudè Regalium, illius vero eminenter superioritatis vel juris territorialis nomine efferri consveverunt: Illi extra, hi in territorio potestatem suam exercere dicuntur. Jus verò terrritoriale, quod probè notandum, exceptis Reservatis Imperatoriis, omnia Regalia adjuncta habere præsumitur, donec aliquis extraneus unum alterumve exemtum sibive competens probaverit; Hac igitur ratione jus territoriale vel superioritas territorialis potissimum accipitur pro toto potestativo & collectivo, continente plures potentias & facultates diversæ naturæ & conditionis, quarum ratione Status & Ordines Imperii partim Majestaticæ partim subditæ personæ dici poterunt; Sic status & immediati jus obtinent varii generis leges ad publicam territorii sui utilitatem ferendi, facultatem constituendi Magistratus, collectandi subditos, in criminalibus citra provocationis metum pronunciandi sententiam, ut alia hujus generis jura nunc taceam; in his juribus ex notoriâ Germaniæ & legibus publicis comprobatâ consuetudine Imperatori nullum reformandi & irritandi arbitrium relictum: quo nomine etiam meritò summam statibus potestatem adscripseris, semper tamen salvo manente vinculo Vasallitico, quod, ut Grotius *de J. B. & P. l. 1. c. 3.* §. 23. monet, formaliter nullam subjectionem involvit. Vide m. Vietorem *de Exemt. Concl.* 22. At verò vi superioritatis territorialis alterius generis jura adhuc Statibus competunt, quorum ratione Imperatori vi Reservationis meritò supremum arbitrium tribuitur. Sic in jurisdictionalibus, ubi ad Imperatorem fit provocatio, toto die cernimus statuum & immediatorum sententias reformari, quod omnino signum summæ potestatis, Grotius *de J. B. & P. lib.* 1. *c.* 3. §. 7. In reliquis etiam Reservatis quis Imperatori negaverit summitatem & Majestatem? quo nomine Status & immediatos Imperatoris subditos (Ihrer Käyserl.

Maj. aller unterthänigste) jure dixeris. Proinde jura, in quibus citra irritandi metum Status in suis territoriis constituunt, κυρίως & propriissime; in quibus aliter, impropriè & vulgariter Regalia audiunt. Ad hujus generis jura spectant ea quæ habet Dn. Ziegler *de Jur. Majest.* quando ait: *Facit hæc superioritas Imperatoria, ut quanquam plurima à Ducibus usurpentur Majestatis axiomata, Majestas tamen propriè dicta iis non competat.* Dignitas Regalis quomodo à recensitis discrepet, constat ex his quæ supra th. 27. exposita, ubi distinctio facta inter dignitatem Regalem Realem & Personalem. Personalis, v. g. Principis & Comitis, quæ sæpe competit certis personis, quibus tamen deest dignitas regalis realis; quæ accipitur vel pro Comitatu, Principatu: vel pro jure & superioritate territoriali: vel pro jure & superioritate territoriali & simul jure votandi in Comitiis. Quin & dignitas regalis realis non raro illorum est, qui dignitate regali personali non sunt conspicui. Ita plurimi sunt possessores Principatuum & Comitatuum (Innhabere der Fürstenthümer und Graffschafften) qui tamen nec ipsi Principes vel Comites; Multi ergo cernuntur Duces & Comites titulares sine territorii regalibus. Reservata appellari consveverunt jura, quæ Imperatori ex tot juribus Majestaticis, quondam plenè & integrè competentibus, mansere residua. Malè à quibusdam in his reservatis majorum regalium adæquatum numerum reperiri statuitur; cum & plura majora regalia, præter reservata, tanquam communicata Statibus, reperire liceat. Dictis adde Dn. ab Eyben *Elect. Jur. Feud. c. 10.* §. 9. qui brevibus distinctionem horum jurium ita exponit: *Quibus nunc ita constitutis, rectè statui patet posseque fieri, ut (1.) qui de Regalibus investitus, superioritatem tamen territorialem non habeat; & (2.) qui æquè de hac & illis investitus, nec tamen dignitatem regalem habeat; & hæc denique (3.) cui concessa, regalium tamen & superioritatis territorialis expers sit. Sic (1.) non tantum multi Illustres, sed & Civitates municipales, territorio carentes, utrique ex investitura aut alio justo titulo Regalia tenent exercentque. Porrò (2) Civitates Imperii & multi Nobiles immediati regalia ac superioritatem territorialem, non autem regalem dignitatem unà habent. Et contra (3.) dignitate istac innumeri effulgent territorio & territorii juribus s. regalibus planè destituti; non Comites tantum & Barones, sed & Duces, Principes &c.* Conf. Dn. Mauritium *Posit. Jur. Feud. contr. Dec. 6. §. 1. & 2.* qui itidem haud inelegantia, quæque notari merentur, habet; *Jum illa* (puta regalia) *competunt interdum illis, qui superio-*

superiorem non agnoscunt nisi Deum; interdum ex communicatione summi Principis, etiam aliis, qui superiori potestati subsunt. Utroque modo considerata, regalia rectè dicuntur; Collectio tamen illorum, quando independenter ab alio habentur, Majestas; quando dependenter, in Germaniâ quidem Jus superioritatis territorialis vocatur, vel simi'e quid significante vocabulo, (Jurisdictionis, Juris territorialis) *alibi exprimitur. Sin unum, duo, vel saltem pauciora hujusmodi jura alicui concessa solùm sint, nec Majestatem nec superioritatem territorialem facient; sed ex privilegio, aut præscriptione, qui ea acquisivit, habere dicetur. Quod si sint quædam inter jura hæc, quæ non tribuantur aliis, sed penes præcipuum unum, ex fundamentali Reipublicæ lege aut consvetudine antiquissimâ remaneant, ea reservata dicentur. Quæ nobis videtur optima, inter Majestatem, superioritatem territorialem, Regalia, Reservata, distinctio, Doctoribus etiam illis, qui de Regalibus libros integros scripserunt, vel neglecta penitus, vel confusis diversis considerandi modis, aliter quàm se reipsa habet, tradita.*

Th. LIV.

Non res modo singulæ, v. g. specialia regalia, ab Imperatore in feuda conceduntur, sed & universales, cum universitate jurium, feudi objectum fieri possunt, quo casu & res sacras, religiosas &c. naturâ tamen usuq; pristino earum nihil imminutis, unà ad Vasallum transire non dubitandum, & manifesta observantia id abunde evincit, maximè in terris Principum & Procerum Augustanæ Confessioni addictorum, quos sacrorum quoque & Episcopalia jura habere constat. Insignia ejus exempla habemus in feudis Principatus, Comitatus, Baroniæ &c. quatenus ea ex variis terris, castris, hominibus, dominiis, eorumque pertinentiis & aliis rebus incorporatis, juribus item regalibus &c. Imp. in Ducatum, Principatum &c. uniunt, creant & erigunt. Vid. Dn. ab Eyben *Elect. Jur. Feud. c. 10. §. 2. & 10.* Quondam Imperatores brevibus & nullâ cum solennitate verborum solebant territoria cum pertinentiis concedere, Die Fürstenthümer/ Graffschafften/mit ihren Zugehörungen und pertinentien. Hodiè moris, ad evitandas lites, singula ferè regalia speciatim recensere: cum frequentissimum, extraneos quandoque Regalia in alienô prætendere territorio, imprimis ubi territoria non st. conclusa, wo keine geschlossene/ sondern gemengte territoria sind. Subditorum verò res in se allodiales, non eò feudales, quod jus territoriale ab Imperatore feudali nexu quæsitum: Territoriale enim jus tanquam eminens longe diversum à subordi-

Imperatore universitates infeudante, quid videatur collatum?

 nato

nato isto privatorum dominio; jus ergo territoriale, quod quidem effectivè afficit subditorum bona, potest esse feudale, cum res privatorum, in territorio sitæ, sint & maneant mere allodiales.

Th. LV.

Notabilia exempla recitantur, quam variis titulis territoria & Regalia ab Imperatore Statibus & immediatis conferantur

Specialia & notatu longè dignissima nunc ponderanda; quam variis sc. modis ac titulis territoria, particulares res, & regalia ab Imperatore Statibus & immediatis conferantur. Enimverò constat, quod Imperator particularia quædam prædia uni alterive vel infeudaverit, vel allodiali titulo dederit, juribus regalibus iterum alii concessis, ut ostendit, Autor *Actor* :| *Lindav.p.*337. & 916. Lyncker. *disput. de super. territ.* p. 45. *seqq.* Add. Itter. de *Feud. Imp. c.* 8. §. 30. Imo, eodem teste Ittero *c. l.* §. 31. exempla Imperii nostri reperiuntur, ubi totum quandoque territorium ut allodium ab Imperio immediatè fuit acquisitum, vel, quod magis mirum cuiquam videri possit, ab aliis Imperii ordinibus in feudum obtentum, (quo de vide supra *th.* 22. Dn. ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c.* 6. §. 7. Confer. Seckendorffs Teutscher Fürstenstaat *p.*65.) Regalibus verò ejusdem territorii feudali lege ab Imperio recognitis: Idq; in Imperii Comitatibus quibusdam agnoscit Schoppius in *Thes. Feud. c.*1. *sect.* 1. *p.*1. & 4. Cujus conditionis Schamburgicum Comitatum esse quidam Feudistæ testantur, qui ut allodialis fertur concreditus, vid. *Stuck. Cons.* 16. *n.* 504. exceptis regalibus quæ sunt Imperii feuda. Aliqui Baronatum quoque Hohen Geroldseck Austriacum esse feudum, regalia verò ejusdem feudali titulò ab Imperio procedere perhibent. Porro & Comites Wertheimenses jura regalia ab Imperio sub fiduciæ lege, ipsa autem territoria, pagos nimirum, villas & præfecturas eâdem lege â diversis Imperii Principibus recognoscere, notat Sprenger in *Elychn: pag.* 341. Consimile exemplum Dynastiæ alicujus, ubi territorio allodiali existente, jurisdictio & alia quædam jura beneficiariâ lege ab Imperio dependent, annotavit Besoldus *Thes. Pract. voc.* Lehn & Rosenthal *de Feud. cap.* 5. *Concl.* 6. *n.* 7. ita loquitur: *Et ita nuper vidimus exemplum in Germaniâ, ubi regalia & merum Imperium* (der Blutbann) *alicujus Baroniæ sunt uni infeudata, cum territorium & reliqua ad alium jure proprietatis pertineant, de quo una in jure respondi.* Vice versâ jura hæc regalia non feudi duntaxat, sed & aliis pleni dominii titulis & allodiali jure posse acquiri testatur Dn. Eyben in *Elect. Jur. Feud. cit. c.* 6. §. 7. Laudatus Dn. Itterus Comites Sarwerdenses maximam suorum regalium partem allodiali titulo possidere, ex Gæddeo

deo *Vol.* 4. *Conſ. Marp.* 37. credit. Pariter & Seinenſes Comites regalia ſua jure allodii exercere, à viris fide digniſſimis ſe accepiſſe teſtatur. Licèt verò, quod iterum probè notandum, Ducatus, Principatus, Comitatusve feudali plerumque vinculo Cæſari atque Imperio obnoxii ſint, eosdem tamen pagorum aliorumque locorum, qui allodiales plerumque ſunt, interjectu diſtingvi atque interrumpi ſubinde videas, denn es iſt faſt unmöglich im Römiſchen Reich/daß Reichs-Fürſtenthume/Graffſchafften oder Herrſchafften gantz und gar Lehn ſeyn/und nicht auch etliche gewiſſe eigene Dörffer und Güter untermiſchet haben/ ſo durch Kauff oder andere weiſe erworben worden/ uti loquitur Mylerus *Gamolog. c.* 12. *n.* 2. & rariſſimè in Imperio Romano-Germanico Ducatus aut Comitatus in ſolidum feudales eſſe idem ſcribit *d. l. n.* 18. cum quo conſonat Dn. à Rhetz, quando vix in Germaniâ territorium dari pronunciat, cui non allodiales terræ immixtæ ſint *ad* 1. *Feud.* 3. *p.* 189. Cujus originem inde deduci putat Itterus *de Feud. Imp. c.* 8. §. 17. quod Imperatores antiquis temporibus in Ducatuum atque Comitatuum conceſſionibus & infeudationibus, non modò civitates, villas atque caſtra, ſed & bona quædam particularia, aut jura etiam ſibi reſervare, & à generali illâ conceſſione excipere ſubinde conſveverint, ſed & de bonis anteà Imp. feudalibus portionem quandam decerpſerint, eamque allodiali titulo ſuis Vaſallis conceſſerint, vel piis locis atque Eccleſiis villas de integris Comitatibus decerptas liberaliter Jure allodiali donaverint. Ita Juliacenſibus Imperii feudis multa atque inſignia bona allodialia, ut & alia feuda innexa atque incorporata eſſe refert Merckelbach apud Klock. *Tom.* 1. *Conſ.* 7. *n.* 691. Idem in Haſſiæ Landgraviatu uſu venire, apparet ex *actis Haſſiacis* die Marpurg. ſucceſſion betreffend *ſub rubr. libell. art. pag.* 5. *art.* 24. *ſeqq. & rubr. Except. fori declin. pag.* 69. Ducatui Brunſvico-Luneburgico quænam allodialia bona inſerta ſint, ſpecialiùs oſtendit Schoppius in *Theſ. Feud. cap.* 3. *Obſ.* 1. *pag.* 442. *ſeq.* cui jungi poteſt Richt: *Vol.* 2. *Conſ.* 16. *n.* 1. Vid. Michael. *Reſp. Kilon. pag.* 111. Idem de Saxoniæ Ducibus colligi poteſt ex actis Conventus circularis Franconiæ anno 1609. Norinbergæ habiti, quæ per excerpta exhibet Limnæus *Tom.* 1. *Addit. lib.* 5. *c.* 15. *p.* 933. *ſeqq.* Add. *Klock. Tom.* 3. *Conſ.* 181. *num.* 651. Quid quod non rarò Principes Imperii allodialia bona à privatis comparaverint, eaq; ſuis Principatibus non eatenus univerint, ut & feudalem naturam Principatuum participarent, ſed tantùm ut ad meliorem conſervationem Principatui

cipatui connexa manerent. Hic tamen probè notandum, licet allodiali jure vel territorium, vel tantùm regalia ab Imperio ſint acquiſita, nihilominus ſuperioritatem Imperialem in tale territorium vel regalia, non aliter ac in bona alia imperii feudalia, Imperio ejusve capiti ſemper manere ſartam tectam. Ea tamen potiſſima differentia eſt, quod is, qui territorium vel regalia feudi jure habet, eadem jure ſucceſſionis ad poſteros transmittat, quodque tale feudum familiâ deficiente ad Dominum feudì redeat, ſecus atque in illo contingit, qui territorium & regalia allodii jure habet, uti probè monuit Beſold. *P. 3. Jur. Publ. Poſth. c. 5. p. 250.* Itter *de Feud. Imp. c.* 8. §. 32. De cætero non integrum regalium complexum, ſed tantùm unum vel alterum regale in alieno territorio ab Imperatore Statui vel immediato infeudari, experientia quoque teſtatur. Quin & in eodem territorio quædam regalia jure feudi, quædam verò jure allodiali ab Imperio acquiri, experientia comprobat. Ita Comites in Sarvverden ſaltem jus vectigalium & viarum publicarum hac lege ab Imperio conſequi, cætera autem, quibus gaudent, regalia allodii jure poſſidere & exercere contendit Gœdd: *Vol. 4. Conſ. Marp. 37. n. 92. ſeqq.* Confer iterum hæc elegantiſſimè tractantem Dn. Itterum *cit. loc.* Notum præterea eſt, ab Imperatore non tantùm regalia, ſed & certa officia infeudari. Sic judicii Rothvvilenſis munus Præſidis ab Imperatore dependet; hodie perpetuus ejus judicii Præſes eſt Comes de Sultz. vid. Dn. Maurit. in *Diſſ. de Judic. Rothvvil. c.* 2. §. 6. Ita etiam ſupremi Poſtarum Magiſtri per Imperium officium, das General-Reichs-Poſtmeiſter Ambt/ ab Imperatoribus in feudum recognoſcunt Comites de Taxis. De aliis ejusmodi officiis vid. *Dn. ab Eyben in Elect. Jur. Feud. c.* 10. *n.* 11. Deniq; in Cæſareis inveſtituris atque conceſſionibus ab aliquot retro ſeculis præter ſuperiorem atque inferiorem jurisdictionem (hohe und nieder-Gerichte) ſpeciatim quoque banni ſangvinis (des Blut-Banns) mentio ſubinde fit, ut cognoſcere hinc liceat in Imperii nonnullis locis bannum ſangvinis â ſuperiori quoque jurisdictione diſtinctum planè & ſeparatum quid eſſe, quam in rem Imperialis inveſtituræ exemplum produxit Beſold. *in Theſ. Pract. voc.* Blutbann. Confer. Schilter *Exerc. 6. ad P. th. 9. & 12.* Eodem modo in Imperialibus Wertheimenſium Comitum inveſtituris, den Blutbann oder Hals-Gerichte/ maniſfeſtiſſimè ab invicem diſtingvi & ſeparari docet Reinhardus im Wertheimiſchen Gegenbericht *c. 12. p.* 301. & *p.* 310. qui & differentiam inter Cent- & Malefitz. ſ. Hals-

Hals-Gerichte ex iisdem egregiè demonstrat *p.* 315. Add. Itter. *de Feud. Imp. c.* 8. §. 6. Besoldus *c. l.* jurisdictionem criminalem versari circa scelerum & facinorum cognitionem, merum imperium verò (Blutbann) circa eorum pœnas, & ita Rudolphum II. Imperatorem in causâ Myndelheimiâ hæc ab invicem distinxisse, daß nemlich das Hals-Gericht die cognitionem criminalem, und der Blutbann die excution an malefitzischen Persohnen begreiffe / testatur. Plerumque tamen hodie nomine superioris jurisdictionis (der Ober-Gerichte) intelligi & comprehendi etiam solet der Blutbann.

Th. LVI.

Regalia & jurisdictio partim privativè, partim cumulativè partim subordinatè ab Imperatore statibus & immediatis collata.

Regalia & jurisdictio ab Imperatore Statibus & immediatis an cumulativè, anvero privativè, an alio modo concessa intelligantur? valde hactenus inter Feudistas (vide Lyncker *de superiori territ. p.* 43. *seqq.* & Schilter *ad D. Exerc. 6. th.* 11.) controversum fuit; aliquibus privativè, quibusdam cumulativè, nonnullis subordinatè id fieri determinantibus. Pro diversitate regalium & ex variis concedendi modis quædam privativè, quædam cumulativè, quædam subordinatè concredita videntur. Cumulativè dicuntur concedi, cum ita conferuntur, ut expedire ea possit & concedens & is cui conceduntur, Privative si ita conceduntur, ut solus accipiens ea exercere possit, non etiam concedens. Subordinatè, ubi in inferiori instantia determinandi jus quibusdam conceditur, appellationis & provocationis beneficio concedenti nihilominus in iis juribus relicto. Si Imperator Statibus communicavit reservatorum suorum exercitium, v. g. jus creandi Nobiles, Comites Palatinos, jus legitimandi, famæ restituendæ, prout quibusdam familiis ea jura concessa è jure publico novimus, tunc cumulativè id factum haud dubiè intelligitur. Quâ ratione etiam Cameræ jurisdictio in ordine ad judicium Aulicum Cæsareum in quibusdam causis cumulativè concessa creditur, Quod verò attinet infeudata jura quædam Statuum territorialia, quæ ita exercentur à Statibus, ut ne provocatio quidem ad Imperatorem sit licita, qualis conditio v. g. in supra *th.* 52. exposito jure collectandi, ferendi leges & Statuta provincialia, judicandi in criminalibus conspicitur, ibi justè dixeris privativè infeudationem ab Imperatore factam, manente licet directi dominii jure, quod tali concessioni non adversatur. Quod verò reliqua jura territorialia non absoluta spectat, v. g. jurisdictionem in civilibus, ubi provocatio ad Imperatorem conceditur, ipseque habet reformandi & irritandi arbitrium, illa dubio procul subordinatè

ordinatè data intelliguntur. Qua occasione hic incidenter etiam notandum: quod si Princeps Imperii Nobili, suo tamen subdito, jurisdictionem omnimodam feudali nexu contulerit, vi superioritatis Principem nihilominus testimonii gratiâ, sine literis mutui compassus vel subsidialibus, immediatè testes è tali districtu feudali evocare posse, non secus ac Imperator & Camera Imperialis è Statuum & immediatorum territoriis ad sua judicia testimonii causa testes immediatè citare solent vid. Rauchbar. 1. *quæst.* 13. *n.* 12. Franzck. *lib.* 1. *Resol.* 18. Quod si verò aliud consvetudine alicubi introductum, prout talem morem refert Carpz. *P.* 1. *C.* 16. *D.* 29. *Pr. Cr. P.* 3. *Quæst.* 109. *n.* 94. *& 96. & lib.* 3. *Resp.* 23. *num.* 8. 9. *&* 10. tunc illa merito servatur, teste quoque Rauchbar. *c. l. n.* 23. Ubi verò Constatus Constatui jus territoriale subinfeudavit, quo de modo supra *th.* 38. actum, tunc rogatur subinfeudatus per subsidium juris s. literas mutui compassus, ut vocant, ut testes, partibus ad hoc citatis, recipiat, examinet, & attestationes eorum sigillatas & clausas judici causæ remittat.

Th. LVII.

Jus Status an ex investiturâ Cæsareâ, an aliunde fluat?

Suffragandi Jus in Imperii Comitiis an beneficiario saltem & feudali titulo Principes ab Imperatore teneant, an verò aliundè & quo ex fonte id pendeat? subtilioris indaginis videtur. Plurimi, inter quos Conringius in *Notis ad Lampad. P.* 3. *c.* 3. §. 16. *p.* 142. hoc jus reverà dependere à Cæsare feudali nexu adstruunt, adeoque infeudato territorio simul jus Status sive voti infeudatum credi. Et consentiunt omnes, qui suffragii jus in Comitiis inter Imperialium feudorum fructus computant. Bertram *de Comitiis th.* 40. Buxdorff. *ad A. B. concl.* 85. *l. h.* Henniges *de potest. Imperat. circa prof. c.* 2. §. 16. *p.* 111. & Schüz. *D. de Vicar. Imp. concl.* 23. Contrà verò Lampadius adstruit, quod nec Cæsar Statibus, nec Status sibi mutuò in Comitiis Statuendi potestatem impertiant, sed quisque independenter suffragandi facultate polleat, indeque fluere, Status conjunctim cum Imperatore eatenus independente & Majestaticâ facultate frui. Tota quæstio exinde videtur pendere, an solus Imperator jus Status cuidam conferre possit? an verò Statuum consensu hic opus? Cum verò ex Actis ultimi Recessus Imperii anni 1654. hæc res non ex arbitrio solius Imperatoris, sed & reliquorum Statuum pendere constet, idq; etiam *Capitulatione Leopold. art.* 44. clarè satis definitum, vix dixeris per infeudationem Cæsaream formaliter jus votandi in Comitiis acquiri; licet

ect non negandum, territorium, tanquam conditionem ſine quâ non, ab Imperatore & Statibus potiſſimum reſpici, adeoque certæ territorii portioni Imperatoris & Statuum conſenſu connecti; Inde etiam eſt, quod pro multitudine territoriorum vota quoque comitialia multiplicentur; Non ergò tam à ſolo Imperatore quàm ab univerſis ſimul Imperii Ordinibus jus votandi certo diſtrictui applicatur: Quod & indè patet, ſi quædam familia, extraneæ, v. g. Italicæ nationis, quæ ab Imperatore hactenus feudum agnovit, ad Comitia admitti petat, quod id beneficium ei ſine Statuum Conſenſu ab Imperatore concedi vix queat. Quid? quod & Civitates Imperiales territoria ſua nullo feudali nexu ab Imperio agnoſcentes, quin & quidam ſtatus, qui bona immediata amiſerunt, jure ſuffragii nihilominus fruantur; Imò jus votandi in Comitiis, Statibus, antequam jus territoriale ſunt conſecuti, jam tum competiit, uti hiſtoria antiqua abundè teſtatur. Licet ergò materialiter & ſubjectivè certa portio territorii & ſubjectum eam poſſidens conſideretur & attendatur, formaliter tamen jus votandi non ex territorio, ſed potiùs ex Imperatoris & Statuum conſenſu & privilegio, adeoque nec propriè ex infeudatione Cæſareâ, fluit.

Th. LVIII.

Diſtinctio inter veram & abuſivam inveſtituram valde hactenus impugnata.

Communiter dividitur inveſtitura in propriam & abuſivam. Propria ſ. vera deſcribitur realis in vacuam poſſeſſionem feudi inductio, vaſallique ad fidelitatem exhibendam obſtrictio. Abuſiva, quando Dominus porrectione ſymboli cujusdam coram teſtibus jus feudi alicui conſtituere intendit. Hic verò mira concertatio eſt; An per inveſtituram abuſivam, tanquam per ſymbolicam traditionem, poſſeſſio & dominium utile in Vaſallum transferatur? inde facilè etiam deciditur quæſtio, an, ſi duo abuſivè inveſtiti, & poſterior ſit conſecutus actualem poſſeſſionem, hic priori, an verò prior poſteriori ſit præferendus? Inveſtituram abuſivam non tantùm jus ad rem, prout vult D. Struv. *S. j. F. c.* 8. *a.* 9. *n.* 2. & *c.* 9. *a.* 16. *n.* 1. ſed & in re, poſſeſſionem ſc. & dominium, transferre, contra communem ſententiam viri celeberrimi hactenus ſtatuerunt; inter quos *Finckelth. Diſp.* 7. *Contr.* 3. & 8. D. Schilter *Exerc. adff.* 13. §. 27. & *Ex.* 45. §. 42. *ſeq.* D. Eyben *Elect. jur. feud. c.* 4. §. 11. & *c.* 5. §. 4. usq; ad finem. Frantzcke *lib.* 3. *Reſol.* 1. *n.* 57. *ſeqq.* cui tamen in cauſa Juliacenſi contrarius Merckelbachius, qui multis defendit contrariam ſententiam. Klock. *Tom.* 1. *Conſ.* 7. *n.* 362. *ſeqq.* Plures Autores pro Merkelbachii ſen-

 tentiâ

tentiâ refert Itter *c. 9. n. 49. seqq.* Aliqui etiam distinctionem inter abusivam & veram investituram tanquam fictitiam, & in 2. *Feud.* 2. textu non adeò fundatam, rejiciunt. Vid. Vultei: *de Feud. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 8. *& seqq.* Dn. ab Eyben fusiùs *in Elect. Jur. Feud. cit. locis* communem sententiam tanquam erroneam impugnat. Distinctione expediri hanc quæstionem multi credunt, ut scl. dicatur, intentionem investientis attendendam, ut si expressa & manifestâ voluntate per abusivam investituram se possessionem & jus in re traslatum velle declaraverit, tunc haud dubiè id factum censeri, Adde Cluden *Quotid. cap.* 3. indubio verò è juris civilis & feudalis principiis ante factam traditionem id non præsumi. Vide Itterum *c.* 9. *n.* 50. quo fortasse respexit & D. Mauritius in *Posit. juris feud. Controv. Dec.* 8. §. 6. Inhac arduâ quæstione deciso imperiali & Comitiali opus foret. Confer. Schnobel *Ex. feud.* 5. *th.* 5. 6. *seq.*

Th. LIX.

Si pluribus expectativa data, quid juris?

In aulis Principum valde agitata & ista quæstio est: Si pluribus feudi expectativa concessa, quis præferatur? Si neuter adhuc consecutus sit possessionem, haud dubie cui primùm promissio facta præfertur. Quod si verò præter expectativam utrique datam posterior quoque jus possessionis sit nactus, Gail. *lib.* 2. *Observ.* 55. (quæ sententia in *Consiliis Argentoratensibus* approbata legitur *Vol.* 2. *Consil.* 80.) existimat & tunc priorem præferri, & hanc æquiorem esse sententiam. Certè si meram naturalitatem respicias, videtur utique per priorem promissionem tale jus promissario quæsitum, vi cujus promittenti facultas penitus ademta, ulteriùs illam rem aliis promittendi Vid. Grot. *de J. B. & P. L.* 2. *c.* 11 §. 15. Rhetius ad *Jus Feud. p.* 168. *n.* 17. *infrà* allegatus. At verò ex hypothesi Juris Civilis (quod in praxi Germaniæ receptum, & in casibus Jure Feudali non determinatis in subsidium assumitur) ob rationes politicas res aliter se habet; vi enim *l. quoties* 15. *C. de R. V.* posterior possesionem simul nactus (modò tamen id factum bonâ fide & non subdolè arg. *l.* 26. *ff. de R. V.* Covarruv: *lib.* 2. *var. c.* 9. Gomez *Tom.* 2. *Var. Resol. c.* 2. *n.* 10. Perez *in Codic. de R. V. num.* 8. Klock. *Tom.* 2. *Cons.* 4. *n.* 224. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 8. *a.* 9. *n.* 7. Itter. *de Feud. imp. c.* 10. *n.* 4.) priori nudam promissionem habenti præfertur; quam sententiâ etiam defendit Hartm: Pistor: *lib.* 2. *quæst.* 29. *n.* 22. Cluden *Rer. Quotid. c.* 1 *n.* 32. licet communiter alias dicatur, principem contra illam legem naturaliter statim dominium transferre, vide omninò D. *Rhez. p.* 168. *d. n.* 17. Quale quid sæpius accidere

cidere certum est, & extat ejusmodi exemplum apud Decker. *Relat. Camer.* 4. *num.* 55. *& seqq. junct. n.* 36. si verò duo simul promissionem expectivariam acceperint, priorq; simul investitus sit, posterior verò præ priori possessionem acceperit, tunc communis sententia est, simultaneè investitum posteriori, possessionem primùm licet occupanti, præferri. Vid. Hartm. Pistor. *d. qv.* 29. *n.* 32. *&* 35. Dn. Struv. *Observ. Feud. ad c.* 7. §. 3. Dn. à Rhetz *ad.* 1. *Feud.* 3. *p.* 168. *& seqq.* (sed si abusiva investitura, secundum communem sententiam, modo in *th. præcedenti* explicatam, non jus in re, sed tantum jus ad rem infert, vid. Dn. Hahn. *de Jur. Rec. pag.* 15. *n.* 11. & Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 8. *a.* 1. *n.* 5. *& aph.* 9. *ibidem n.* 1. *&* 2. non video, quomodo sine contradictione simultaneè adeoque hoc in passu abusivè tantum investitus & nondum inductus in possessionem & nondum consecutus jus in re posteriori possessionem adeoque jus in re nacto præferendus dici possit. Add. Dn. ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c.* 5. §. 21. Hinc & D. Struv. *S. J. F. cap.* 9. *aph.* 16. *n.* 1. expectativæ concessionem & abusivam investituram non quidem jus in re, sed singulare in feudo jus operari statuere coactus est) His tamen casibus Dominus, qui posteriori investito possessionem tradidit, priori aliud feudum ejusdem æstimationis tradere, vel interesse aut pretium solvere tenetur 2. *Feud.* 8. Dn. Struv. *Obs. Feud. ad c.* 7. §. 5. Confer. eund. *Synt. Jur. Feud. c.* 7. *a.* 7. *n.* 2. *&* 3. *& c.* 8. *a.* 9. *n.* 5. Nil verò mihi visum unquam absurdius & iniquius quod habet Marta *de Clausul. P.* 1. *Cl.* 212. *n.* 1. adstruens, si uni pluribusve expectativa sit concessa, dominum alii postea in eandē rem expectantiam cum clausulâ anteferri ad eum effectum dare posse, ut hic ultimus prioribus omnibus præferatur, & Dominus reliquis vi obligationis personalis tantùm ad interesse teneatur (circa actionem v. ad interesse Cluden. *c.* 1. *Rer. Quotid. n.* 35. notanter dicit: *quàm difficile autem & plerumquè cum magno disgratiæ periculo conjunctum sit, ut æquivalens vel interesse à Domino impetretur & extorqueatur, in vita communi versati sæpe deprehenderunt*) Jus enim alteri per promissionem quæsitum, per aliam subsequentem promissionem, nullâ traditione firmatam, auferri nullatenus potest, & contrarium admittendo, licentia promissiones & fidem datam temere infringendi occasio amplissima daretur. Observandum, quod si Princeps alicui in proximè vacaturum adeoque incertum feudum expectativam dederit, id germanicè dici ein irrlehn e. g. si dixerit: Wir leihen dir das Lehn-Guth so zum ersten verlediget und uns heimfället / denn solches

Lehn-Guth gehet noch in der irre/daß es nicht eigentlich wissen kan/wozu es sich halten solle. *Text. & Gloss.* Lehn-Recht *c.* 5. 57. *Finckelth. Disp.* 7. *Contr.* 10. *lit. a.* Clericus successor in res ecclesiæ feudales vacantes expectativam non ulterius quàm ad tempus vitæ efficaciter dare potest; nisi (1.) consensu totius Capituli facta investitura Schrader. *P.* 3. *C.* 2. *n.* 37. Dn. Struv. *c.* 8. *a.* 10. *n.* 6. (2.) nisi in utilitatem ecclesiæ facta Dn. Struv. *c. l. n.* 7. (3.) aut ob bene merita erga ecclesiam Schrader. *d. l. n.* 38. Secularis vero successor hæreditarius ordinariè investituram antecessoris approbare obstrictus est. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 7. *a.* 8. & 9. Finckelth. *D.* 7. *C.* 12. Electitius verò non aliter quam in tribus posterioribus modò quoad clericum enumeratis casibus. Conf. Itter *de Feud. Imp. c.* 10. §. 3. qui etiam *in d.* §. 3. & *prec.* 2. hanc tractat quæstionem: An successor antecessoris Imperatoris Romano-Germanici expectativam ratihabere teneatur? Et an Imperatores sine consensu Electorum expectativam in vacaturum secularem Electoratum (in reliquis territoriis, Principatibus &c. jam dum facultas reinfeudandi expressis Capitulationum verbis, citra consensum Electorum, sublata vid. *th.* 37.) concedere valeat? Potiora superioris nostrique ævi expectantiarum imperialium exempla curiosè recenset laudatus Dn. Itterus *cit. cap.* §. 5. & 6. quæ omnino merentur legi.

Th. LX.

Quædã Imperii Regalia feuda ex privilegio Cæsareo Status conferunt.

Imperialia & regalia territoria non tantùm immediatè ab Imperatore infeudantur, nec solum per subinfeudationem à statibus & Ordinibus Imperii, de quo supr. *th.* 38. conferuntur, sed nonnunquam contingit, ut de feudalibus Imperii beneficiis inaugurandi potestas per modum privilegii alicui à Cæsare indulgeatur. Sic de Duce Lucano Castruccio testatur Meybomius ex Diplom. quod inter opuscula historica publicavit *pag.* 508. & *seqq.* quod Imperator Ludovicus præter regalia jura recens creato Duci donata & hanc facultatem dederit: Ita enim sunt verba Meybomii p. 510. *Et feuda antiqua & nova, & recta, & regalia conferendi & infeudandi Vasallos Imperii, de feudis quæ vel manu vel ore, aut quocunque alio modo fuerint conferenda; Et recipiendum à Vasallis Imperii fidelitatis & homagi sacramentum &c.* Ita & Anno 1495. Maximilianus I. Imp. Archiepiscopo Trevirensi nomine Cæsaris & Imperii Abbatem Monasterii Imperialis S. Maximini de regalibus aliisque Juribus quæ ab Imp. tenet, investiendi potestatem indulsit. Alia adhuc exempla refert Itter, *de Feud. c.* 9. §. 17.

Confer.

Confer. Dn. Hugonem de *Stat. Reg. Germ. c.* 4. *th.* 18. & *c.* 3. *th.* 24.

Th. LXI.

An Status ante investituram Cæsaream jus regendi territorii & votandi in Comitiis habeant?

Usus quoque & observantia Imperii fert, ut Status & Ordines Imperii, nondum impetratâ investiturâ ab Imperatore, Principatuum & territoriorum suorum administrationem, quin & jus suffragii in comitiis ferendi habeant, cum in his feudis successores per investituras majorum adeoque expacto & providentiâ jus quæsitum habeant, quod per subsequentes & iteratas investituras eisdem saltem confirmatur; quin & eandem facultatem Ecclesiasticis Imperii Principibus nondum ab Imperatore investitis, nec non Imperii Principibus nondum ab Imperatore investitis, nec à Pontifice Romano in officio ecclesiastico confirmatis competere, experientia hactenus docuit: tantundem enim juris electo tribuit electio, quantum successori successio. Solennitates verò investiturarum inpræsentiarum in Aulâ Cæsareâ consvetas elegantissimè refert Dn. Itter. *de Feud. Imp. c.* 9. §. 30. 35. 36. 37. quæ itidem merentur legi: Signa per quæ investitura peragitur, varii generis in Germaniâ esse solent: Potiora ab Historicis recensentur: vexillum, gladius, sceptrum, baculus & annulus, camboca, osculum, corona, pileus, crux, chirotheca, fascia &c.

Consveta hodiè symbola investiturarum.

Th. LXII.

Forma feudi explicatur, & multa notatu digna ex formâ feudi fluentia.

Forma feudi à variis varia constituitur. Præ cæteris placet Domini Schützii à Dn. Eyben. in *Elect. Jur. Feud. c.* 11. §. 3. allegata sententia, qui feudi proprii constituti formam in eò consistere dicit, quod rei alicujus dominium directum penes concedentem remaneat, quasi dominium verò ad accipientem transeat, ita tamen, ut alter alteri fidem ejus ratione præstare teneatur. Ipse verò laudatus Dn. Eybenius *c. l.* §. 4. formam feudi ferè ad eundem sensum describit: esse unionem s. mixturam quandam habitudinum illarum & qualitatum moralium, ex quibus cum jura in re, directi & utilis dominii, tum jura, ad rem & personam Vasalli ac senioris, iisque respondentes obligationes de mutuâ fide atque eò spectantibus officiis, intercedente re feudali, efflorescant; aut consistere illam in omnium horum invicem combinatorum & unitorum præsentiâ. Ubi notandum: directum dominium, quod domino infeudanti adscribitur, formaliter non importare superioritatem omnimodam & territorialem, quæ ex adverso

 verso

verſo omnimodam ſemper reſpiciat ſubjectionem (Licet ut teſtatur D. Eyben *Elect. Jur. Feud. c. 11. §. 17.* aliqua ratione & abuſivè non rarò Vaſalli ſubditi dicti, haud dubiè antiquiori tempore & ævo, ubi non ita captioſi & fallaces homines erant) ſed ſe habere inſtar confœderationis. Quid? quod quandoque per accidens contingat ut inferior ſuperiori conferat feudum, ut ſupra deductum *th. 36.* Add: ſupra laudatum Grotium *de J. B. & P. lib. 1. c. 3. §. 23.* Vide etiam Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 8. a. 7. n. 9.* Ziegler. *ad Prax. Aur. Calv. §. Landſaſſ. concl. 1. n. 44. ſeqq.* multosque alios; Hinc etiam eſt, quod plurimi Status Imperii noſtri à Conſtatibus territoria per infeudationem acquirant, quo de ſupra *th. 38.* Ubi tamen non homagium ſubjectionis & territoriale (die Landes- oder Erbhuldigung) ſed tantum juramentum fidelitatis & Vaſalliticum (die Lehns-Pflicht) præſtant; quod juramentum accuratè à priori disſcriminandum. Quæritur verò: An aliàs immediatus Vaſallus Imperii etiam bona alia præter vaſallagii nexum & ſubjectivè ab aliquo dependentia poſſidere queat, ſalvâ tamen ſuâ immedietate? Fieri id poſſe hodie non amplius dubitandum, ex quo in *Pacif. Oſnabrug. art. 6. §. 10.* luculenta hæc extat confeſſio: *Liberos & immediatos Imperii Nobiles quandoque ratione bonorum & reſpectu territorii & domicilii aliis Statibus ſubjectos eſſe.* Dn. Rhetius *Inſtit. Jur. Publ. l. 2. t. 2. §. 21.* Confer Vitriarii *Jus Publ. pag. 555. ſeq.* De Statibus verò Imperii, ſive de iis qui votum & ſeſſionem in Comitiis habent (v. g. bey denen Reichs-Grafen) inſignis dubitatio eſt, vide Dn. Eyben *Elect. Jur. Feud. c. 11. num. 14. & 15.* quibusdam exiſtimantibus, fieri vix poſſe, ut quis mediatus ſit & tamen ſimul immediatus Imperii. Vide ea quæ acta ſunt inter Comitem Ortenburgicum & Electorem Bavariæ; inter Comitem Waldecciæ & Landgravium Haſſiæ, quorum uterque Principi, in cujus territorio bona poſſidet, hoc juramentum denegavit: verum enim verò experientia teſtatur, quod multi Comites in Imperio ſint, qui præter bona ſua immediata (Reichs-Güther) bona quoque mediata jure ſubjectionis à Conſtatu dependentia, & ſic non cum jure territoriali obtineant; quorum tamen reſpectu non continuo perſonaliter adeoq; nec plenè fiunt ſubditi, ſed tantum, ut ita loqui liceat, realiter i. e. reſpectu rei in feudum acceptæ. Inde Gailius *de Arreſt. c. 6. §. 14.* ait: quod talis Status duplicem repræſentet perſonam, imperialem & municipalem: hujus reſpectu haberi ut ſubditum, illius verò reſpectu ut Imperialem. Add. Ziegler. ad *Prax. Aur. Calv. §. Landſaſſ. concl. 1. n. 11. ſeq.* Dn. Eyben.

Elect. Jr. Feud. c. 11. §. 13. *seqq.* Hinc non inconvenienter juramentum & homagium, quod respectu hujus rei infeudatæ non raro tales præstare tenentur, non est homagium plenum & perfectum, sed minu plenum, imperfectum, potius reale quàm personale, adeoque & subditi secundum quid, sive particulares & reales tantùm, & subjectio non plena sed minus plena dici merentur, jure quippe immedietatis & Status manente salvo: Non enim insulsum & absurdum est, reale dicere juramentum, quod putat Richter. Vid. Dn. Rhetium in *Inst. Jur. Publ. l. 2. t. 2. §. 19.* qui ita loquitur: *Nec contra rationem juris esse videtur, statuere, objecti intuitu homagium aliud esse reale aliud personale, licet subjective omne homagium non nisi personale sit.* His adde Dn. Eyben. *Elect. jur. Feud. c. 10.* §. 15. & 17. Dn. Lyncker. *in Disp. de Relig. obseq.* §. 5. qui distinctionem inter juramentum reale & personale in sano & jam explicato sensu admittunt. Vide omninò hanc divisionem defensam à Vietore *de Exem. concl. 25.* Probè est cavendum talismodi Comitibus aliisvè immediatis bona à principibus tali mediatione in feuda recognoscentibus, ne occasione hujus juramenti ad plenam adeoque personalem subjectionem insidiosè, quod fieri adsolet, traducantur: Notissimum enim est, quod permultis Comitibus, Baronibus ac liberis Nobilibus, ut & Civitatibus eorumque libertati, castris ac fortunis subinde fiant insidiæ, quò ad Landsassiatum & personalem subjectionem reduci possint. Autor der Donawertischen Information *p. 1. f.* 165. Bechtius *de Securit. Concl.* 160. ubi dicit: Landsassiatum à potentioribus tanquam rete quoddam extendi, Add. Ziegl. *in Comm. Concl. ad Prax. Calv. in limit. ad* §. *Landsassii n.* 51. *& seqq.* Idcirco protestatione quandoque homagium præstituri suæ libertati & juribus consultum eunt. Ita in præsentia Ducis & omnium Ordinum B. protestati sunt Comites de *O. d. 22. April. anno 1550.* Seynd E. F. G. als ihrem Landes-Fürsten von allen dem/ was sie von E. F. G. als Landsassen inne haben/ unterthänig Erbhuldigung zu thun erbietig/ doch mit dieser protestation, daß ihnen solche Erbhuldigung an ihren Graffschafften und Herrschafften/ auch deßwegen an ihren vorgethanen Pflichten/ Regalien und Freyheiten/ damit sie der Käys. Maj. und dem H. Reiche zugethan/ von derselben unabbrüchtig und gäntzlich unnachtheilig sey; referente Schvvanmann: *Decis. Camer. to. n. 87. p. 162.* Add. Tenzel *apud Dn. Fritsch. Exercit. Jur. Publ. de subject. Jur. th. 58. & 59.* Quidam verò Publicistæ asserunt, in multis locis Germaniæ, da die Landsasserey gebräuch-

bräuchlich/receptum esse, ut quis bona possidere nequeat sine qualitate onerosâ subjectionis, es müsse der possessor seine Person obligiren/ und zu einem subdito ligio machen. Tale quid moris esse in Saxoniâ vult Richter *Conf. 2. n. 12. 77.* in Bavariâ, Palatinatu, Marchiâ Brandenburgensi, Pomeraniâ Dn. à Rhetz. *Inst. Jur. Publ. l. 1. t. 2.* §. 21. Conf. Gail. *de Arrest. c. 7. n. 8.* Ziegl. *ad Prax. Aur. Calv.* §. *Landsassii concl. 1. n. 11. seqq.* Dn. Eyben. *Elect. Jur. feud. c.* 11. §. 14. *&* 15. Quod tamen ita quidam intelligunt & limitant, si Vasallus simul in territorio Domini habitare velit. Vid. Dn. Stryck. *Disp. de Vasall. desert. c.* 1. *n.* 26. D. Schweder *Introd. ad Jus Publ. c.* 11. §. 7. Vide tn. Vietorem *de Exem. concl* 30. qui putat, nihilominus istam dignitatem immedietatis tunc retineri. Aliàs quidem certum, alia bona non feudalia in alieno territorio sita possidentem, adeoq; forensem, wegen ein und andern Stück Guths und Ackers/ ordinariè juramentum subjectionis (die Erbhuldigung) non præstare, prout notoria Germaniæ consvetudo est. Vid. Arum. *in Disc. Academ.* 9. §. 258. Dn. Lyncker *Disp. de Relig. Obseq.* §. 5. *&* 7. Vultej. *de Feud. l.* 1. *c.* 6. *n.* 5. Rosenth. *de Feud. c.* 6. *Concl.* 85. *n.* 8. Dn. ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c.* 11. *n.* 17. E dictis nunc infertur: aliud esse Vasallum, aliud esse subditum; proindeque nec ex Vasallagio ad subjectionem, nec ex dominio directo ad superioritatem rectè inferri. Inde etiam est, quod in *Pacif. Osnabr. art.* 5. §. 42. *à solâ qualitate feudali, vel subfeudali, sive à regno Bohemiæ, sive ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, sive aliunde procedant, jus reformandi* (ad territorii & superioritatis jura revocatum *in d. art.* 5. §. 30. *princ.*) *non dependeat &c.* sicuti ex positione dictâ quam plura alia magni momenti decidenda sunt. Quod si verò quoad certa bona immediatus, simul bona feudalia, non nudi vasallagii, sed simul subjectionis mediatione ab immediato habeat, inibique figat domicilium, communis Feudistarum & Publicistarum sententia est, eum non tantùm realiter, sed etiam personaliter subditum fieri, adeoque ad Personalis subjectionis homagium teneri; nisi fortè prædia essent exempta s. tantùm in, non autem de territorio Titii (in/ aber nicht unter des Titii Obrigkeit) Bidembach. *qu. nob.* 1. *n.* 16. *seq.* Ruding. 3. *Obs.* 10. Vietor *de Exempt. c.* 27. C. P. Giss. *D.* 6. *c.* 12. *lit. L. Vol.* 1. D. Unraht. *c.* 3. *de jurisd. Eccl. n.* 89. *seq.* D. Eyben. *Elect. jur. feud. c.* 11. §. 14. Reinking quidem *de R. S. & E. l.* 1. *Cl.* 4. *c.* 1. *n.* 30. *seqq.* putat, personam immediatam, domicilium licet formantem in alieno territorio, personaliter non esse subjectam

Domi-

Domino territoriali; quin & ne quidem ſubjectionem reſpectu rerum dici poſſe, cum perſonæ qualitas res, tanquam acceſſorias, ad ſe trahat *num.* 37. Ejusdem ſententiæ eſt Vietor *de Exempt. d. Concl.* 27. & 30. & Zigler *ad Prax. Aur. Calv.* §. *Landſaſſ. Concl.* 1. *n.* 24. *ſeqq.* At verò contraria ſententia Gailii *de Arreſt. c.* 6. §. 16. videtur verior; qui enim in alieno territorio domicilium ſibi format, ex praxi Germaniæ hoc ipſo & indubiè ſubditus fit (niſi & eatenus exemtionem, ſequè tantùm eſſe in, non verò de territorio, probet) Hæc res eſt publicâ Imperii lege in Comit. Auguſt. anno 48. §. wiewohl auch in Regierungs Handlung ꝛc. & in §. aber der Graffen ꝛc. apertè deciſa; ſicut in ſpecie de Comitibus â Tubingen ibidem videre eſt. Vid. etiam Richter. Vol. 2. Conſ. 2. n. 108. ſeqq. Add. Dn. ab Eyben *Elect. Jur. Feud. c.* 11. *n.* 14. *ſeqq.* E dictis nunc manifeſtò apparet, variis modis (quorum multos eleganter recenſet D. Eyben *c.* 11. §. 17.) ab aliquo dependentiam exiſtere poſſe: In materiâ feudali vel (1.) per nudum feudalem nexum, adeoque ſolâ mediatione feudali, quâ poſitâ ſolum juramentum fidelitatis, getreu hold und gewärtig zu ſeyn / præſtatur; ita ut non continuò Vaſallus Juri & ſuperioritati territoriali alterius ſubjiciatur. Cum hac etiam mediatione vaſallitica benè ſtare poteſt immedietas imperialis, ubi ſc. aliquis dependentiam quidem feudalem â Conſtatu habet, de cætero verò eundem ut dominum territorialem, ſibique propriè loquendo imperantem non agnoſcit, quod ſupra, ubi de ſubinfeudatione territoriorum tractatum, fuſius deductum. Conf. hic Nolden de *Stat. nob. c.* 8. *n.* 187. Aliquando verò (2.) præter feudalem qualitatem & ſubjectio involvitur: Idque iterum duplici ratione (1.) tantùm realiter, Vid. Klock. *Relat. Camer. p.* 854. *n.* 6. ubi ſc. Vaſallus perſonaliter quidem non eſt ſubditus, habitans fortè in alio immediato territorio, ratione tamen rei feudalis, alteri quoad jus territoriale ſuppoſitæ, ſubjectionis juramentum, die Erb- und Landes-Huldigung / præſtare obſtrictus, hiſce fortè formalibus: getreu / hold / gegenwärtig und unterthänig zu ſeyn. Ubi tamen dictum vocabulum unterthänig non de plenâ & omnimodâ, adeoque etiam de perſonali, ſed, pro ſubjectâ materiâ, de minus plenâ, reali tantùm & particulari ſubjectione eſt explicandum: licet, uti dictum, plurimi Domini plenam & omnimodam ſubjectionem cum hac minus plenâ & reali tantùm, ad dilatandam ſuam poteſtatem, confundere callidè ſoleant Confer. hic Strauchii *Inſt: juris publ, tit.* 29. *pag.* 145. *n.* 8. (1.) & realiter

liter & personaliter, ubi forte præter vasallagii realem obligationem quis ita est obstrictus, ut in territorio, ubi feudum possidet, habitans, merâ Landsassiatus (der Landsasserey) qualitate, adeoque personali subjectione etiam sit affectus; proinde juramentum quod præstatur, & in quo vocabulum unterthänig continetur, latiùs, adeoque de plenâ & omnimodâ subjectione sit explicandum. In locis, ubi Landsassiatus plenè viget, hæc ferè sunt, recensente Gener. Dn. Seckendorffio: daß sie / die possessores, an solchen ihren vollkomlich landsäßigen Herrschafften / Gütern / und auf deren Bezirck und Unterthanen / dem Landes-Fürsten das territorium gestehen / mit Steuer / Folge / appellatione, visitatione episcopali und dergleichen juribus: daß sie sich auch nicht weigern ihrer administration halber / an denselben Orten für dem Landes-Fürsten Rechenschafft zu geben / auch so fern personaliter vor ihm zu stehen / wo sie nehmlich in solchen Herrschafften contrahiren oder delinquiren. Add. Dn. ab Eyben *Elect. Jur. Feud. c.* 11. §. 16. Contra verò immedietas potissimum tribus modis solet constitui (1.) Alia respectu personæ (2.) alia respectu rei (3.) alia respectu utriusque. Personaliter immediati v. g. sunt quidam Nobiles qui nulla libera castra habent, ratione tamen suæ personæ solum Cæsarem & suprema Imperii Dicasteria pro judicibus agnosunt. Hermes *Fascic. Jur. Publ. c.* 36. *n.* 11. (2.) Ratione tantùm rerum, qui quidem immediata bona Imperii possident, in territorio tamen Principis cujusdam domicilium sibi constituêre (3.) Ratione rerum & personæ, qui in bonis Imperii immediatis habitant, nec alibi domicilium sibi constituerunt. Hoc insuper notandum, in Germaniâ ex partibus Franconiæ, March: Brandenb: Principatu Elwang; zu Suffelsheim / Godramstein / Gamb / Meglos / auf der Leutkircher Heyde &c. immediatos reperiri, ita dictos rusticos, freye Reichs-Bauren. Add. *Pacif. Osnabr. art.* 5. §. 2. ubi itidem pagorum immediatorum mentio fit.

Th. LXIII.

Qualitas Simultanea investitura.

Simultanea investitura (die Mitbelehnschafft / gesambte Hand) non tam jure Feudali & Saxonico, quàm singulari consvetudine in Germaniâ & Saxoniâ recepta; quæ in diversis locis diversam quoque qualitatem plerumque habere solet. Non ergo uniformiter omnes dijudicandæ vid. Mev: *Cons.* 90. *num.* 126. *seqq.* Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 9. *a.* 14. plerumque tamen moris, ut si Dominus vel Vasallus mutetur,

renova-

renovatio investituræ â simultaneè investitis, etiam qui sunt remotissimo gradu, ni jure suo cadere velint, peti debeat; (In quo differt ab expectativâ, ubi non nisi eveniente casu mortis, & post acceptam possessionem, investituræ petendi necessitas incumbit) ni alicubi, ut de Lusatiâ superiori testatur Noric. in *Addit. ad Finckelth. D.* 8. *Contr.* 4. aliter receptum, ubi demum acquisitâ possessione feudi renovatione opus. Hoc quoque in simultaneâ investiturâ singulare, quod casu vacantiæ contingente, nulla simultaneè investitorum gradus prærogativa observetur, sed remotiores unâ cum proximioribus admittantur: ni itidem consvetudine (qualem in Thuringiâ invaluisse scribit Colerus *in Decisionibus.* Vid. Maurit. *Posit. Jur. Feud. Controv. Dec.* 10. *n.* 9.) aliud receptum, vel pacto: ut succeslio fiat nach rechter Sipzahl / constitutum fuerit. An verò simultanea investitura in Saxoniâ usu recepta, & specialia â communi simultaneâ investitura habens, in feudis, quæ Saxones ab Imperio tenent, obtineat? disquisivit Colerus *in differt.* quæ Nucleo Gissensi inserta *de Jur. Imp. Germ. Sect.* 63. Confer supra *th.* 14. & Itter *de Feud. Imp. c.* 10. *n. ult.* Notandum tamen, simultaneam investituram sine consensu Vasalli possessoris fieri non posse Carpz. *lib.* 5. *Resp.* 75. licet non necesse sit, ut præcisè intercedat conventio de mutuâ & reciprocâ successione. Hartm. Pistor. *Lib.* 2. *Quæst.* 20. *n.* 2. nec dominus feudi invitus cogi potest, ut simultaneam concedat investituram ei quem Vasallus de feudo suo simultaneè investitum cupit. Jus simultaneæ investituræ transmittitur quoque ad hæredes, licet nulla eorum in literis investituræ facta mentio. Vid. Finckelth. *Disp.* 8. *Contr.* 5.

Th. LXIV.

Renovatio investituræ quomodo fiat?

Renovatio investituræ intra annum & diem (die civiliter, pro mense accepto, ut concilientur textus 1. *Feud.* 22. & 2. *Feud.* 24. *princ.*) petenda; quod tamen tempus in præjudicium Vasalli â Domino nec prorogari, nec coarctari potest. Vid. Maurit. *Posit. Jur. Feud. Controv. D.* 11. §. 2. & 3. Vasallus si intra hoc tempus renovationem non petat, stricto jure feudo cadit: at verò Principes & Domini feudorum consveverunt rigorem juris Feudalis mitigare & ob neglectam investituræ renovationem, si alia culpa non accedat, non facilè Vasallum feudo privant, sed condonant culpam, pœnâ saltim aliqua dictata. Quæ æquitas meritò hodie respicitur, idque observari etiam in Imperialibus feudis testatur Itterus *de Feud. Imp. c.* 11. §. 5. Maurit. *Posit. Jur. Feud. Contr. Dec.* 11. §. 6.

nato isto privatorum dominio; jus ergo territoriale, quod quidem effectivè afficit subditorum bona, potest esse feudale, cum res privatorum, in territorio sitæ, sint & maneant mere allodiales.

Th. LV.

Notabilia exempla recitantur, quam variis titulis territoria & Regalia ab Imperatore Statibus & immediatis conferantur

Specialia & notatu longè dignissima nunc ponderanda; quam variis sc. modis ac titulis territoria, particulares res, & regalia ab Imperatore Statibus & immediatis conferantur. Enimverò constat, quod Imperator particularia quædam prædia uni alterive vel infeudaverit, vel allodiali titulo dederit, juribus regalibus iterum alii concessis, ut ostendit, Autor *Actor* :| *Lindav.p.*337. & 916. Lyncker. *disput. de super. territ. p.* 45. *seqq.* Add. Itter. de *Feud. Imp. c.* 8. §. 30. Imo, eodem teste Ittero *c. l.* §. 31. exempla Imperii nostri reperiuntur, ubi totum quandoque territorium ut allodium ab Imperio immediatè fuit acquisitum, vel, quod magis mirum cuiquam videri possit, ab aliis Imperii ordinibus in feudum obtentum, (quo de vide supra *th.* 22. Dn. ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c.* 6. §. 7. Confer. Seckendorffs Teutscher Fürstenstaat *p.* 65.) Regalibus verò ejusdem territorii feudali lege ab Imperio recognitis; Idq; in Imperii Comitatibus quibusdam agnoscit Schoppius in *Thes. Feud. c.* 1. *sect.* 1. *p.* 1. & 4. Cujus conditionis Schamburgicum Comitatum esse quidam Feudistæ testantur, qui ut allodialis fertur concreditus, vid. *Stuck. Cons.* 16. *n.* 504. exceptis regalibus quæ sunt Imperii feuda. Aliqui Baronatum quoque Hohen Geroldseck Austriacum esse feudum, regalia verò ejusdem feudali titulò ab Imperio procedere perhibent. Porro & Comites Wertheimenses jura regalia ab Imperio sub fiduciæ lege, ipsa autem territoria, pagos nimirum, villas & præfecturas eâdem lege â diversis Imperii Principibus recognoscere, notat Sprenger in *Ellychn: pag.* 341. Consimile exemplum Dynastiæ alicujus, ubi territorio allodiali existente, jurisdictio & alia quædam jura beneficiariâ lege ab Imperio dependent, annotavit Besoldus *Thes. Pract. voc.* Lehn & Rosenthal *de Feud. cap.* 5. *Concl.* 6. *n.* 7. ita loquitur: *Et ita nuper vidimus exemplum in Germaniâ, ubi regalia & merum Imperium* (der Blutbann) *alicujus Baroniæ sunt uni infeudata, cum territorium & reliqua ad alium jure proprietatis pertineant, de quo una in jure respondi.* Vice versâ jura hæc regalia non feudi duntaxat, sed & aliis pleni dominii titulis & allodiali jure posse acquiri testatur Dn. Eyben in *Elect. Jur. Feud. cit. c.* 6. §. 7. Laudatus Dn. Itterus Comites Sarwerdenses maximam suorum regalium partem allodiali titulo possidere, ex Gæddeo

deo *Vol.* 4. *Cons. Marp.* 37. credit. Pariter & Seinenses Comites regalia sua jure allodii exercere, à viris fide dignissimis se accepisse testatur. Licèt verò, quod iterum probè notandum, Ducatus, Principatus, Comitatusve feudali plerumque vinculo Cæsari atque Imperio obnoxii sint, eosdem tamen pagorum aliorumque locorum, qui allodiales plerumque sunt, interjectu distingvi atque interrumpi subinde videas, denn es ist fast unmöglich im Römischen Reich/daß Reichs-Fürstenthume/Graffschafften oder Herrschafften gantz und gar Lehn seyn/und nicht auch etliche gewisse eigene Dörffer und Güter untermischet haben/ so durch Kauff oder andere weise erworben worden/ uti loquitur Mylerus *Gamolog. c.* 12. *n.* 2. & rarissimè in Imperio Romano-Germanico Ducatus aut Comitatus in solidum feudales esse idem scribit *d. l. n.* 18. cum quo consonat Dn. à Rhetz, quando vix in Germaniâ territorium dari pronunciat, cui non allodiales terræ immixtæ sint *ad* 1. *Feud.* 3. *p.* 189. Cujus originem inde deduci putat Itterus *de Feud. Imp. c.* 8. §. 17. quod Imperatores antiquis temporibus in Ducatuum atque Comitatuum concessionibus & infeudationibus, non modò civitates, villas atque castra, sed & bona quædam particularia, aut jura etiam sibi reservare, & à generali illâ concessione excipere subinde consveverint, sed & de bonis anteà Imp. feudalibus portionem quandam decerpserint, eamque allodiali titulo suis Vasallis concesserint, vel piis locis atque Ecclesiis villas de integris Comitatibus decerptas liberaliter Jure allodiali donaverint. Ita Juliacensibus Imperii feudis multa atque insignia bona allodialia, ut & alia feuda innexa atque in corporata esse refert Merckelbach apud Klock. *Tom.* 1. *Cons.* 7. *n.* 691. Idem in Hassiæ Landgraviatu usu venire, apparet ex *actis Hassiacis* die Marpurg. succession betreffend *sub rubr. libell. art. pag.* 5. *art.* 24. *seqq. & rubr. Except. fori declin. pag.* 69. Ducatui Brunsvico-Luneburgico quænam allodialia bona inserta sint, specialiùs ostendit Schoppius in *Thes. Feud. cap.* 3. *Obs.* 1. *pag.* 442. *seq.* cui jungi potest Richt: *Vol.* 2. *Cons.* 16. *n.* 1. Vid. Michael. *Resp. Kilon. pag.* 111. Idem de Saxoniæ Ducibus colligi potest ex actis Conventus circularis Franconiæ anno 1609. Norinbergæ habiti, quæ per excerpta exhibet Limnæus *Tom.* 1. *Addit. lib.* 5. *c.* 15. *p.* 933. *seqq.* Add. *Klock. Tom.* 3. *Cons.* 181. *num.* 651. Quid quod non rarò Principes Imperii allodialia bona à privatis comparaverint, eaq; suis Principatibus non eatenus univerint, ut & feudalem naturam Principatuum participarent, sed tantùm ut ad meliorem conservationem Principatui

 cipatui

cipatui connexa manerent. Hic tamen probè notandum, licet allodiali jure vel territorium, vel tantùm regalia ab Imperio sint acquisita, nihilominus superioritatem Imperialem in tale territorium vel regalia, non aliter ac in bona alia imperii feudalia, Imperio ejusve capiti semper manere sartam tectam. Ea tamen potissima differentia est, quod is, qui territorium vel regalia feudi jure habet, eadem jure successionis ad posteros transmittat, quodque tale feudum familiâ deficiente ad Dominum feudi redeat, secus atque in illo contingit, qui territorium & regalia allodii jure habet, uti probè monuit Besold. *P. 3. Jur. Publ. Posth. c. 5. p. 250.* Itter *de Feud. Imp. c.* 8. §. 32. De cætero non integrum regalium complexum, sed tantùm unum vel alterum regale in alieno territorio ab Imperatore Statui vel immediato infeudari, experientia quoque testatur. Quin & in eodem territorio quædam regalia jure feudi, quædam verò jure allodiali ab Imperio acquiri, experientia comprobat. Ita Comites in Sarvverden saltem jus vectigalium & viarum publicarum hac lege ab Imperio consequi, cætera autem, quibus gaudent, regalia allodii jure possidere & exercere contendit Gœdd: *Vol.* 4. *Cons. Marp. 37. n. 92. seqq.* Confer iterum hæc elegantissimè tractantem Dn. Itterum *cit. loc.* Notum præterea est, ab Imperatore non tantùm regalia, sed & certa officia infeudari. Sic judicii Rothvvilensis munus Præsidis ab Imperatore dependet; hodie perpetuus ejus judicii Præses est Comes de Sultz. vid. Dn. Maurit. in *Diss. de Judic. Rothvvil. c.* 2. §. 6. Ita etiam supremi Postarum Magistri per Imperium officium, das General-Reichs-Postmeister Ambt/ ab Imperatoribus in feudum recognoscunt Comites de Taxis. De aliis ejusmodi officiis vid. *Dn. ab Eyben in Elect. Jur. Feud. c. 10. n. 11.* Deniq; in Cæsareis investituris atque concessionibus ab aliquot retro seculis præter superiorem atque inferiorem jurisdictionem (hohe und nieder-Gerichte) speciatim quoque banni sangvinis (des Blut-Banns) mentio subinde fit, ut cognoscere hinc liceat in Imperii nonnullis locis bannum sangvinis à superiori quoque jurisdictione distinctum planè & separatum quid esse, quam in rem Imperialis investituræ exemplum produxit Besold. *in Thes. Pract. voc.* Blutbann. Confer. Schilter *Exerc. 6. ad P. th. 9. & 12.* Eodem modo in Imperialibus Wertheimensium Comitum investituris, den Blutbann oder Hals-Gerichte/ manifestissimè ab invicem distingvi & separari docet Reinhardus im Wertheimischen Gegenbericht *c. 12. p. 301. & p. 310.* qui & differentiam inter Cent- & Malefitz: s. Hals-

Hals-Gerichte ex iisdem egregiè demonstrat p. 315. Add. Itter. *de Feud. Imp. c.* 8. §. 6. Besoldus *c. l.* jurisdictionem criminalem versari circa scelerum & facinorum cognitionem, merum imperium verò (Blutbann) circa eorum pœnas, & ita Rudolphum II. Imperatorem in causâ Myndelheimiâ hæc ab invicem distinxisse, daß nemlich das Hals-Gericht die cognitionem criminalem, und der Blutbann die excution an malefitzischen Persohnen begreiffe / testatur. Plerumque tamen hodie nomine superioris jurisdictionis (der Ober-Gerichte) intelligi & comprehendi etiam solet der Blutbann.

Th. LVI.

Regalia & jurisdictio ab Imperatore Statibus & immediatis an cumulativè, anvero privativè, an alio modo concessa intelligantur? valde hactenus inter Feudistas (vide Lyncker *de superiori territ. p.* 43. *seqq.* & Schilter *ad D. Exerc. 6. th.* 11.) controversum fuit; aliquibus privativè, quibusdam cumulativè, nonnullis subordinatè id fieri determinantibus. Pro diversitate regalium & ex variis concedendi modis quædam privativè, quædam cumulativè, quædam subordinatè concredita videntur. Cumulativè dicuntur concedi, cum ita conferuntur, ut expedire ea possit & concedens & is cui conceduntur, Privative si ita conceduntur, ut solus accipiens ea exercere possit, non etiam concedens. Subordinatè, ubi in inferiori instantia determinandi jus quibusdam conceditur, appellationis & provocationis beneficio concedenti nihilominus in iis juribus relicto. Si Imperator Statibus communicavit reservatorum suorum exercitium, v. g. jus creandi Nobiles, Comites Palatinos, jus legitimandi, famæ restituendæ, prout quibusdam familiis ea jura concessa è jure publico novimus, tunc cumulativè id factum haud dubiè intelligitur. Quâ ratione etiam Cameræ jurisdictio in ordine ad judicium Aulicum Cæsareum in quibusdam causis cumulativè concessa creditur. Quod verò attinet infeudata jura quædam Statuum territorialia, quæ ita exercentur à Statibus, ut ne provocatio quidem ad Imperatorem sit licita, qualis conditiò v. g. in supra *th.* 52. exposito jure collectandi, ferendi leges & Statuta provincialia, judicandi in criminalibus conspicitur, ibi justè dixeris privativè infeudationem ab Imperatore factam, manente licet directi dominii jure, quod tali concessioni non adversatur. Quod verò reliqua jura territorialia non absoluta spectat, v. g. jurisdictionem in civilibus, ubi provocatio ad Imperatorem conceditur, ipseque habet reformandi & irritandi arbitrium, illa dubio procul subordinatè

Regalia & jurisdictio partim privativè, partim cumulativè partim subordinatè ab Imperatore statibus & immediatis collata.

ordinatè data intelliguntur. Qua occasione hic incidenter etiam notandum: quod si Princeps Imperii Nobili, suo tamen subdito, jurisdictionem omnimodam feudali nexu contulerit, vi superioritatis Principem nihilominus testimonii gratiâ, sine literis mutui compassus vel subsidialibus, immediatè testes è tali districtu feudali evocare posse, non secus ac Imperator & Camera Imperialis è Statuum & immediatorum territoriis ad sua judicia testimonii causa testes immediatè citare solent vid. Rauchbar. 1. *quæst.* 13. *n.* 12. Franzck. *lib.* 1. *Resol.* 18. Quod si verò aliud consvetudine alicubi introductum, prout talem morem refert Carpz. *P.* 1. *C.* 16. *D.* 29. *Pr. Cr. P.* 3. *Quæst.* 109. *n.* 94. & 96. & *lib.* 3. *Resp.* 23. *num.* 8. 9. & 10. tunc illa merito servatur, teste quoque Rauchbar. *c. l. n.* 23. Ubi verò Constatus Constatui jus territoriale subinfeudavit, quo de modo supra *th.* 38. actum, tunc rogatur subinfeudatus per subsidium juris s. literas mutui compassus, ut vocant, ut testes, partibus ad hoc citatis, recipiat, examinet, & attestationes eorum sigillatas & clausas judici causæ remittat.

Th. LVII.

Jus Status an ex investiturâ Cæsareâ, an aliunde fluat?

Suffragandi Jus in Imperii Comitiis an beneficiario saltem & feudali titulo Principes ab Imperatore teneant, an verò aliundè & quo ex fonte id pendeat? subtilioris indaginis videtur. Plurimi, inter quos Conringius in *Notis ad Lampad. P.* 3. *c.* 3. §. 16. *p.* 142. hoc jus reverâ dependere à Cæsare feudali nexu adstruunt, adeoque infeudato territorio simul jus Status sive voti infeudatum credi. Et consentiunt omnes, qui suffragii jus in Comitiis inter Imperialium feudorum fructus computant. Bertram *de Comitiis th.* 40. Buxdorff. *ad A. B. concl.* 85. *l. h.* Henniges *de potest. Imperat. circa prof. c.* 2. §. 16. *p.* 111. & Schüz. *D. de Vicar. Imp. concl.* 23. Contrà verò Lampadius adstruit, quod nec Cæsar Statibus, nec Status sibi mutuò in Comitiis Statuendi potestatem impertiant, sed quisque independenter suffragandi facultate polleat, indeque fluere, Status conjunctim cum Imperatore eatenus independente & Majestaticâ facultate frui. Tota quæstio exinde videtur pendere, an solus Imperator jus Status cuidam conferre possit? an verò Statuum consensu hic opus? Cum verò ex Actis ultimi Recessus Imperii anni 1654. hæc res non ex arbitrio solius Imperatoris, sed & reliquorum Statuum pendere constet, idq; etiam *Capitulatione Leopold. art.* 44. clarè satis definitum, vix dixeris per infeudationem Cæsaream formaliter jus votandi in Comitiis acquiri; li-

cet non negandum, territorium, tanquam conditionem ſine quâ non, ab Imperatore & Statibus potiſſimum reſpici, adeoque certæ territorii portioni Imperatoris & Statuum conſenſu connecti; Inde etiam eſt, quod pro multitudine territoriorum vota quoque comitialia multiplicentur; Non ergò tam à ſolo Imperatore quàm ab univerſis ſimul Imperii Ordinibus jus votandi certo diſtrictui applicatur: Quod & indè patet, ſi quædam familia, extraneæ, v. g. Italicæ nationis, quæ ab Imperatore hactenus feudum agnovit, ad Comitia admitti petat, quod id beneficium ei ſine Statuum Conſenſu ab Imperatore concedi vix queat. Quid? quod & Civitates Imperiales territoria ſua nullo feudali nexu ab Imperio agnoſcentes, quin & quidam ſtatus, qui bona immediata amiſerunt, jure ſuffragii nihilominus fruantur: Imò jus votandi in Comitiis, Statibus, antequam jus territoriale ſunt conſecuti, jam tum competiit, uti hiſtoria antiqua abundè teſtatur. Licet ergò materialiter & ſubjectivè certa portio territorii & ſubjectum eam poſſidens conſideretur & attendatur, formaliter tamen jus votandi non ex territorio, ſed potiùs ex Imperatoris & Statuum conſenſu & privilegio, adeoque nec propriè ex infeudatione Cæſareâ, fluit.

Th. LVIII.

Diſtinctio inter veram & abuſivam inveſtituram valde hactenus impugnata.

Commùniter dividitur inveſtitura in propriam & abuſivam. Propria ſ. vera deſcribitur realis in vacuam poſſeſſionem feudi inductio, vaſallique ad fidelitatem exhibendam obſtrictio. Abuſiva, quando Dominus porrectione ſymboli cujusdam coram teſtibus jus feudi alicui conſtituere intendit. Hic verò mira concertatio eſt; An per inveſtituram abuſivam, tanquam per ſymbolicam traditionem, poſſeſſio & dominium utile in Vaſallum transferatur? inde facilè etiam deciditur quæſtio, an, ſi duo abuſivè inveſtiti, & poſterior ſit conſecutus actualem poſſeſſionem, hic priori, an verò prior poſteriori ſit præferendus? Inveſtituram abuſivam non tantùm jus ad rem, prout vult D. Struv. *S. j. F. c.* 8. *a.* 9. *n.* 2. *& c.* 9. *a.* 16. *n.* 1. ſed & in re, poſſeſſionem ſc. & dominium, transferre, contra communem ſententiam viri celeberrimi hactenus ſtatuerunt; inter quos *Finckelth. Diſp.* 7. *Contr.* 3. *&* 8. D. Schilter *Exerc. adff.* 13. §. 27. *& Ex*, 45. §. 42. *ſeq.* D. Eyben *Elect. jur. feud. c.* 4. §. 11. *& c.* 5. §. 4. usq; ad finem. Frantzcko *lib.* 3. *Reſol.* 1. *n.* 37. *ſeqq.* cui tamen in cauſa Juliacenſi contrarius Merckelbachius, qui multis defendit contrariam ſententiam. Klock. *Tom.* 1. *Conſ.* 7. *n.* 362. *ſeqq.* Plures Autores pro Merkelbachii ſen-

tentiâ

tentiâ refert Itter *c.* 9. *n.* 49. *seqq.* Aliqui etiam distinctionem inter abusivam & veram investituram tanquam fictitiam, & in 2. *Feud.* 2. textu non adeò fundatam, rejiciunt. Vid. Vultei: *de Feud. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 8. *& seqq.* Dn. ab Eyben fusiùs *in Elect. Jur. Feud. cit. locis* communem sententiam tanquam erroneam impugnat. Distinctione expediri hanc quæstionem multi credunt, ut scl. dicatur, intentionem investientis attendendam, ut si expressa & manifestâ voluntate per abusivam investituram se possessionem & jus in re traslatum velle declaraverit, tunc haud dubiè id factum censeri, Adde Cluden *Quotid. cap.* 3. indubio verò è juris civilis & feudalis principiis ante factam traditionem id non præsumi. Vide Itterum *c.* 9. *n.* 50. quo fortasse respexit & D. Mauritius in *Posit. juris feud. Controv. Dec.* 8. §. 6. Inhac arduâ quæstione deciso imperiali & Comitiali opus foret. Confer. Schnobel *Ex. feud.* 5. *th.* 5. 6. *seq.*

Th. LIX.

Si pluribus expectativa data, quid juris?

In aulis Principum valde agitata & ista quæstio est: Si pluribus feudi expectativa concessa, quis præferatur? Si neuter adhuc consecutus sit possessionem, haud dubie cui primùm promissio facta præfertur. Quod si verò præter expectativam utrique datam posterior quoque jus possessionis sit nactus, Gail. *lib.* 2. *Observ.* 55. (quæ sententia in *Consiliis Argentoratensibus* approbata legitur *Vol.* 2. *Consil.* 80.) existimat & tunc priorem præferri, & hanc æquiorem esse sententiam. Certè si meram naturalitatem respicias, videtur utique per priorem promissionem tale jus promissario quæsitum, vi cujus promittenti facultas penitus ademta, ulteriùs illam rem aliis promittendi Vid. Grot. *de J. B. & P. L.* 2. *c.* 11 §. 15. Rhetius ad *Jus Feud. p.* 168. *n.* 17. *infrà* allegatus. At verò ex hypothesi Juris Civilis (quod in praxi Germaniæ receptum, & in casibus Jure Feudali non determinatis in subsidinm assumitur) ob rationes politicas res aliter se habet; vi enim *l. quoties* 15. *C. de R. V.* posterior possessionem simul nactus (modò tamen id factum bonâ fide & non subdolè arg. *l.* 26. *ff. de R. V.* Covarruv: *lib.* 2. *var. c.* 9. Gomez *Tom.* 2. *Var. Resol. c.* 2. *n.* 20. Perez *in Codic. de R. V. num.* 8. Klock. *Tom.* 2. *Consf.* 4. *n.* 224. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 8. *a.* 9. *n.* 7. Itter. *de Feud. Imp. c.* 10. *n.* 4.) priori nudam promissionem habenti præfertur; quam sententiâ etiam defendit Hartm: Pistor: *lib.* 2. *quæst.* 29. *n.* 22. Cluden *Rer. Quotid. c.* 1 *n.* 32. licet communiter alias dicatur, principem contra illam legem naturaliter statim dominium transferre, vide omninò D. *Rhez. p.* 168. *d. n.* 17. Quale quid sæpius accidere

cidere certum est, & extat ejusmodi exemplum apud Decker. *Relat. Camer.* 4. *num.* 55. *& seqq. junct. n.* 36. si verò duo simul promissionem expectivariam acceperint, priorq; simul investitus sit, posterior verò præ priori possessionem acceperit, tunc communis sententia est, simultaneè investitum posteriori, possessionem primùm licet occupanti, præferri. Vid. Hartm. Pistor. *d. qv.* 29. *n.* 32. *&* 35. Dn. Struv. *Observ. Feud. ad c.* 7. §. 3. Dn. à Rhetz *ad.* 1. *Feud.* 3. *p.* 168. *& seqq.* (sed si abusiva investitura, secundum communem sententiam, modo in *th. praecedenti* explicatam, non jus in re, sed tantum jus ad rem infert, vid. Dn. Hahn. *de Jur. Rec. pag.* 15. *n.* 11. & Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 8. *a.* 1. *n.* 5. *& aph.* 9. *ibidem n.* 1. *&* 2. non video, quomodo sine contradictione simultaneè adeoque hoc in passu abusivè tantum investitus & nondum inductus in possessionem & nondum consecutus jus in re posteriori possessionem adeoque jus in re nacto præferendus dici possit. Add. Dn. ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c.* 5. §. 21. Hinc & D. Struv. *S. J. F. cap.* 9. *aph.* 16. *n.* 1. expectativæ concessionem & abusivam investituram non quidem jus in re, sed singulare in feudo jus operari statuere coactus est) His tamen casibus Dominus, qui posteriori investito possessionem tradidit, priori aliud feudum ejusdem æstimationis tradere, vel interesse aut pretium solvere tenetur 2. *Feud.* 8. Dn. Struv. *Obs. Feud. ad c.* 7. §. 5. Confer. eund. *Synt. Jur. Feud. c.* 7. *a.* 7. *n.* 2. *&* 3. *& c.* 8 *a.* 9. *n.* 5. Nil verò mihi visum unquam absurdius & iniquius quod habet Marta *de Clausul. P.* 1. *Cl.* 212. *n.* 1. adstruens, si uni pluribusve expectativa sit concessa, dominum alii postea ineandẽ rem expectantiam cum clausulâ anteferri ad eum effectum dare posse, ut hic ultimus prioribus omnibus præferatur, & Dominus reliquis vi obligationis personalis tantùm ad interesse teneatur (circa actionem v. ad interesse Cluden. *c.* 1. *Rer: Quotid. n.* 35. notanter dicit: *quàm difficile autem & plerumque cum magno disgratia periculo conjunctum sit, ut aequivalens vel interesse à Domino impetretur & extorqueatur, in vita communi versati saepe deprehenderunt*) Jus enim alteri per promissionem quæsitum, per aliam subsequentem promissionem, nullâ traditione firmatam, auferri nullatenus potest, & contrarium admittendo, licentia promissiones & fidem datam temere infringendi occasio amplissima daretur. Observandum, quod si Princeps alicui in proximè vacaturum adeoque incertum feudum expectativam dederit, id germanicè dici ein irrlehn e. g. si dixerit: Wir leihen dir das Lehn-Guth so zum ersten verlediget und uns heimfället / denn solches

 Lehn-

Lehn-Guth gehet noch in der irre/daß es nicht eigentlich wissen kan/wozu es sich halten solle. *Text. & Gloss.* Lehn-Recht *c.* 5. 57. *Finckelth. Disp.* 7. *Contr.* 10. *lit. a.* Clericus successor in res ecclesiæ feudales vacantes expectativam non ulterius quàm ad tempus vitæ efficaciter dare potest; nisi (1.) consensu totius Capituli facta investitura Schrader. *P.* 3. *C.* 2. *n.* 37. Dn. Struv. *c.* 8. *a.* 10. *n.* 6. (2.) nisi in utilitatem ecclesiæ facta Dn. Struv. *c. l. n.* 7. (3.) aut ob bene merita erga ecclesiam Schrader. *d. l. n.* 38. Secularis vero successor hæreditarius ordinariè investituram antecessoris approbare obstrictus est. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 7. *a.* 8. *& 9.* Finckelth. *D.* 7. *C.* 12. Electitius verò non aliter quam in tribus posterioribus modò quoad clericum enumeratis casibus. Conf. Itter *de Feud. Imp. c.* 10. §. 3. qui etiam *in d.* §. 3. *& prec.* 2. hanc tractat quæstionem: An successor antecessoris Imperatoris Romano-Germanici expectativam ratihabere teneatur? Et an Imperatores sine consensu Electorum expectativam in vacaturum secularem Electoratum (in reliquis territoriis, Principatibus &c. jam dum facultas reinfeudandi expressis Capitulationum verbis, citra consensum Electorum, sublata vid. *th.* 37.) concedere valeat? Potiora superioris nostrique ævi expectantiarum imperialium exempla curiosè recenset laudatus Dn. Itterus *cit. cap.* §. 5. *& 6.* quæ omnino merentur legi.

Th. LX.

Quedã Imperii Regalia feuda ex privilegio Cesareo Statui conferunt.

Imperialia & regalia territoria non tantùm immediatè ab Imperatore infeudantur, nec solum per subinfeudationem à statibus & Ordinibus Imperii, de quo supr. *th.* 38. conferuntur, sed nonnunquam contingit, ut de feudalibus Imperii beneficiis inaugurandi potestas per modum privilegii alicui à Cæsare indulgeatur. Sic de Duce Lucano Castruccio testatur Meybomius ex Diplom. quod inter opuscula historica publicavit *pag.* 508. *& seqq.* quod Imperator Ludovicus præter regalia jura recens creato Duci donata & hanc facultatem dederit: Ita enim sunt verba Meybomii p. 510. *Et feuda antiqua & nova, & recta, & regalia conferendi & infeudandi Vasallos Imperii, de feudis qua vel manu vel ore, aut quocunque alio modo fuerint conferenda: Et recipiendum à Vasallis Imperii fidelitatis & homagii sacramentum &c.* Ita & Anno 1495. Maximilianus I. Imp. Archiepiscopo Trevirensi nomine Cæsaris & Imperii Abbatem Monasterii Imperialis S. Maximini de regalibus aliisque Juribus quæ ab Imp. tenet, investiendi potestatem indulsit. Alia adhuc exempla refert Itter. *de Feud. c.* 9. §. 17.

Confer.

Confer. Dn. Hugonem de *Stat. Reg. Germ. c. 4. th.18. & c. 3. th. 24.*

Th. LXI.

Usus quoque & observantia Imperii fert, ut Status & Ordines Imperii, nondum impetratâ investiturâ ab Imperatore, Principatuum & territoriorum suorum administrationem, quin & jus suffragii in comitiis ferendi habeant, cum in his feudis successores per investituras majorum adeoque ex pacto & providentiâ jus quæsitum habeant, quod per subsequentes & iteratas investituras eisdem saltem confirmatur; quin & eandem facultatem Ecclesiasticis Imperii Principibus nondum ab Imperatore investitis, nec non Imperii Principibus nondum ab Imperatore investitis, nec à Pontifice Romano in officio ecclesiastico confirmatis competere, experientia hactenus docuit: tantundem enim juris electo tribuit electio, quantum successori successio. Solennitates verò investiturarum inpræsentiarum in Aulâ Cæsareâ consvetas elegantissimè refert Dn. Itter. *de Feud. Imp. c. 9. §. 30. 35. 36. 37.* quæ itidem merentur legi: Signa per quæ investitura peragitur, varii generis in Germaniâ esse solent: Potiora ab Historicis recensentur: vexillum, gladius, sceptrum, baculus & annulus, camboca, osculum, corona, pileus, crux, chirotheca, fascia &c.

An Status ante investituram Cæsaream jus regendi territoriũ & votandi in Comitiis habeant?

Consveta hodiè symbola investiturarum.

Th. LXII.

Forma feudi â variis varia constituitur. Præ cœteris placet Domini Schützii à Dn. Eyben. in *Elect. Jur. Feud. c. 11. §. 3.* allegata sententia, qui feudi proprii constituti formam in eô consistere dicit, quod rei alicujus dominium directum penes concedentem remaneat, quasi dominium verò ad accipientem transeat, ita tamen, ut alter alteri fidem ejus ratione præstare teneatur. Ipse verò laudatus Dn. Eybenius *c. l. §. 4.* formam feudi ferè ad eundem sensum describit: esse unionem s. mixturam quandam habitudinum illarum & qualitatum moralium, ex quibus cum jura in re, directi & utilis dominii, tum jura, ad rem & personam Vasalli ac senioris, iisque respondentes obligationes de mutuâ fide atque eô spectantibus officiis, intercedente re feudali, efflorescant; aut consistere illam in omnium horum invicem combinatorum & unitorum præsentiâ. Ubi notandum: directum dominium, quod domino infeudanti adscribitur, formaliter non importare superioritatem omnimodam & territorialem, quæ ex ad-

Forma feudi explicatur, & multa notatu digna ex formâ feudi fluentia.

verſo omnimodam ſemper reſpiciat ſubjectionem (Licet ut teſtatur D. Eyben *Elect. Jur. Feud. c. 11. §. 17.* aliqua ratione & abuſivè non rarò Vaſalli ſubditi dicti, haud dubiè antiquiori tempore & ævo, ubi non ita captioſi & fallaces homines erant) ſed ſe habere inſtar confœderationis. Quid? quod quandoque per accidens contingat ut inferior ſuperiori conferat feudum, ut ſupra deductum *th. 36.* Add: ſupra laudatum Grotium *de J. B. & P. lib. 1. c. 3. §. 23.* Vide etiam Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 8. a. 7. n. 9.* Ziegler. *ad Prax. Aur. Calv. §. Landſaſſ. concl. 1. n. 44. ſeqq.* multosque alios; Hinc etiam eſt, quod plurimi Status Imperii noſtri à Conſtatibus territoria per infeudationem acquirant, quo de ſupra *th. 38.* Ubi tamen non homagium ſubjectionis & territoriale (die Landes- oder Erbhuldigung) ſed tantum juramentum fidelitatis & Vaſalliticum (die Lehns-Pflicht) præſtant; quod juramentum accuratè à priori disſcriminandum. Quæritur verò: An aliàs immediatus Vaſallus Imperii etiam bona alia præter vaſallagii nexum & ſubjectivè ab aliquo dependentia poſſidere queat, ſalvâ tamen ſuâ immedietate? Fieri id poſſe hodie non amplius dubitandum, ex quo in *Pacif. Oſnabrug. art. 6. §. 10.* luculenta hæc extat confeſſio: ***Liberos & immediatos Imperii Nobiles quandoque ratione bonorum & reſpectu territorii & domicilii aliis Statibus ſubjectos eſſe.*** Dn. Rhetius *Inſtit. Jur. Publ. l. 2. t. 2. §. 21.* Confer Vitriarii *Jus Publ. pag. 555. ſeq.* De Statibus verò Imperii, ſive de iis qui votum & ſeſſionem in Comitiis habent (v. g. bey denen Reichs-Grafen) inſignis dubitatio eſt, vide Dn. Eyben *Elect. Jur. Feud. c. 11. num. 14. & 15.* quibusdam exiſtimantibus, fieri vix poſſe, ut quis mediatus ſit & tamen ſimul immediatus Imperii. Vide ea quæ acta ſunt inter Comitem Ortenburgicum & Electorem Bavariæ; inter Comitem Waldecciæ & Landgravium Haſſiæ, quorum uterque Principi, in cujus territorio bona poſſidet, hoc juramentum denegavit: verum enim verò experientia teſtatur, quod multi Comites in Imperio ſint, qui præter bona ſua immediata (Reichs-Güther) bona quoque mediata jure ſubjectionis à Conſtatu dependentia, & ſic non cum jure territoriali obtineant; quorum tamen reſpectu non continuo perſonaliter adeoq; nec plenè fiunt ſubditi, ſed tantum, ut ita loqui liceat, realiter i. e. reſpectu rei in feudum acceptæ. Inde Gailius *de Arreſt. c. 6. §. 14.* ait: quod talis Status duplicem repræſentet perſonam, imperialem & municipalem: hujus reſpectu haberi ut ſubditum, illius verò reſpectu ut Imperialem. Add. Ziegler. ad *Prax. Aur. Calv. §. Landſaſſ. concl. 1. n. 11. ſeq.* Dn. Eyben.

Elect.

Elect. Jr. Feud. c. 11. §. 13. seqq. Hinc non inconvenienter juramentum & homagium, quod respectu hujus rei infeudatæ non raro tales præstare tenentur, non est homagium plenum & perfectum, sed minu plenum, imperfectum, potius reale quàm personale, adeoque & subditi secundum quid, sive particulares & reales tantùm, & subjectio non plena sed minus plena dici merentur, jure quippe immedietatis & Status manente salvo: Non enim insulsum & absurdum est, reale dicere juramentum, quod putat Richter. Vid. Dn. Rhetium in *Inst. Jur. Publ. l. 2. t. 2. §. 19.* qui ita loquitur: *Nec contra rationem juris esse videtur, statuere, objecti intuitu homagium aliud esse reale aliud personale, licet subjective omne homagium non nisi personale sit.* His adde Dn. Eyben. *Elect. jur. Feud. c. 10. §. 15. & 17.* Dn. Lyncker. *in Disp. de Relig. obseq. §. 5.* qui distinctionem inter juramentum reale & personale in sano & jam explicato sensu admittunt. Vide omninò hanc divisionem defensam à Vietore *de Exem. concl. 28.* Probè est cavendum talismodi Comitibus aliisvè immediatis bona à principibus tali mediatione in feuda recognoscentibus, ne occasione hujus juramenti ad plenam adeoque personalem subjectionem insidiosè, quod fieri adsolet, ttaducantur: Notissimum enim est, quod permultis Comitibus, Baronibus ac liberis Nobilibus, ut & Civitatibus eorumque libertati, castris ac fortunis subinde fiant insidiæ, quò ad Landsassiatum & personalem subjectionem reduci possint. Autor der Donawertischen Information *p. 1. f.* 165. Bechtius *de Securit. Concl. 160.* ubi dicit: Landsassiatum à potentioribus tanquam rete quoddam extendi, Add. Ziegl. *in Comm. Concl. ad Prax. Calv. in limit. ad §. Landsassii n. 51. & seqq.* Idcirco protestatione quandoque homagium præstituri suæ libertati & juribus consultum eunt. Ita in præsentia Ducis & omnium Ordinum B. protestati sunt Comites de *O. d. 22. April. anno 1550.* Seynd E. F. G. als ihrem Landes-Fürsten von allen dem/ was sie von E. F. G. als Landsassen inne haben/ unterthänig Erbhuldigung zu thun erbietig/ doch mit dieser protestation, daß ihnen solche Erbhuldigung an ihren Graffschafften und Herrschafften/ auch deßwegen an ihren vorgethanen Pflichten/ Regalien und Freyheiten/ damit sie der Käys. Maj. und dem H. Reiche zugethan/ von derselben unabbrüchtig und gäntzlich unnachtheilig sey; referente Schvvanmann: *Decis. Camer. to. n. 87. p. 162.* Add. Tenzel *apud Dn. Fritsch. Exercit. Jur. Publ. de subject. Jur. th. 58. & 59.* Quidam verò Publicistæ asserunt, in multis locis Germaniæ, da die Landsasserey gebräuch-

bräuchlich/receptum esse, ut quis bona possidere nequeat sine qualitate onerosâ subjectionis, es müsse der possessor seine Person obligiren/ und zu einem subdito ligio machen. Tale quid moris esse in Saxoniâ vult Richter *Cons.* 2. *n.* 12. 77. in Bavariâ, Palatinatu, Marchiâ Brandenburgensi, Pomeraniâ Dn. à Rhetz. *Inst. Jur. Publ. l.* 1. *t.* 2. §. 21. Conf. Gail. *de Arrest. c.* 7. *n.* 8. Ziegl. *ad Prax. Aur. Calv.* §. *Landsassii concl.* 1. *n.* 11. *seqq.* Dn. Eyben. *Elect. Jur. feud. c.* 11. §. 14. & 15. Quod tamen ita quidam intelligunt & limitant, si Vasallus simul in territorio Domini habitare velit. Vid. Dn. Stryck. *Disp. de Vasall. desert. c.* 1. *n.* 26. D. Schwveder *Introd. ad Jus Publ. c.* 11. §. 7. Vide tn. Vietorem *de Exem. concl* 30. qui putat, nihilominus istam dignitatem immedietatis tunc retineri. Aliàs quidem certum, alia bona non feudalia in alieno territorio sita possidentem, adeoq; forensem, wegen ein und andern Stück Guths und Ackers/ ordinariè juramentum subjectionis (die Erbhuldigung) non præstare, prout notoria Germaniæ consvetudo est. Vid. Arum. *in Disc. Academ.* 9. §. 258. Dn. Lyncker *Disp. de Relig. Obseq.* §. 5. & 7. Vultej. *de Feud. l.* 1. *c.* 6. *n.* 5. Rosenth. *de Feud. c.* 6. *Concl.* 85. *n.* 8. Dn. ab Eyben. *Elect. Jur. Feud. c.* 11. *n.* 17. E dictis nunc infertur: aliud esse Vasallum, aliud esse subditum; proindeque nec ex Vasallagio ad subjectionem, nec ex dominio directo ad superioritatem rectè inferri. Inde etiam est, quod in *Pacif. Osnabr. art.* 5. §. 42. *à solâ qualitate feudali, vel subfeudali, sive à regno Bohemiæ, sive ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, sive aliunde procedant, jus reformandi* (ad territorii & superioritatis jura revocatum *in d. art.* 5. §. 30. *princ.*) *non dependeat &c.* sicuti ex positione dictâ quam plura alia magni momenti decidenda sunt. Quod si verò quoad certa bona immediatus, simul bona feudalia, non nudi vasallagii, sed simul subjectionis mediatione ab immediato habeat; inibique figat domicilium, communis Feudistarum & Publicistarum sententia est, eum non tantùm realiter, sed etiam personaliter subditum fieri, adeoque ad Personalis subjectionis homagium teneri; nisi fortè prædia essent exempta s. tantùm in, non autem de territorio Titii (in/ aber nicht unter des Titii Obrigkeit) Bidembach. *qu. nob.* 1. *n.* 16. *seq.* Ruding. 3. *Obs.* 10. Vietor *de Exempt. c.* 27. C. P. Giss. *D.* 6. *c.* 12. *lit. L. Vol.* 1. D. Unraht. *c.* 3. *de jurisd. Eccl. n.* 89. *seq.* D. Eyben. *Elect. jur. feud. c.* 11. §. 14. Reinking quidem *de R. S. & E. l.* 1. *Cl.* 4. *c.* 1. *n.* 30. *seqq.* putat, personam immediatam, domicilium licet formantem in alieno territorio, personaliter non esse subjectum

Domi-

Domino territoriali; quin & ne quidem ſubjectionem reſpectu rerum dici poſſe, cum perſonæ qualitas res, tanquam acceſſorias, ad ſe trahat *num.* 37. Ejusdem ſententiæ eſt Vietor *de Exempt. d. Concl.* 27. & 30. & Zigler *ad Prax. Aur. Calv.* §. *Landſaſſ. Concl.* 1. *n.* 24. *ſeqq.* At verò contraria ſententia Gailii *de Arreſt. c.* 6. §. 16. videtur verior; qui enim in alieno territorio domicilium ſibi format, ex praxi Germaniæ hoc ipſo & indubiè ſubditus fit (niſi & catenus exemtionem, ſequè tantùm eſſe in, non verò de territorio, probet) Hæc res eſt publicâ Imperii lege in Comit. Auguſt. anno 48. §. wiewohl auch in Regierungs Handlung ꝛc. & in §. aber der Graffen ꝛc. apertè deciſa; ſicut in ſpecie de Comitibus â Tubingen ibidem videre eſt. Vid. etiam Richter. Vol. 2. Conſ. 2. n. 108. ſeqq. Add. Dn. ab Eyben *Elect. Jur. Feud. c.* 11. *n.* 14. *ſeqq.* E dictis nunc manifeſtò apparet, variis modis (quorum multos eleganter recenſet D. Eyben *c.* 11. §. 17.) ab aliquo dependentiam exiſtere poſſe: In materiâ feudali vel (1.) per nudum feudalem nexum, adeoque ſolâ mediatione feudali, quâ poſitâ ſolum juramentum fidelitatis, getreu hold und gewärtig zu ſeyn / præſtatur; ita ut non continuò Vaſallus Juri & ſuperioritati territoriali alterius ſubjiciatur. Cum hac etiam mediatione vaſallriticâ benè ſtare poteſt immedietas imperialis, ubi ſc. aliquis dependentiam quidem feudalem â Conſtatu habet, de cætero verò eundem ut dominum territorialem, ſibique propriè loquendo imperantem non agnoſcit, quod ſupra, ubi de ſubinfeudatione territoriorum tractatum, fuſius deductum. Conf. hîc Nolden de *Stat. nob. c.* 8. *n.* 187. Aliquando verò (2.) præter feudalem qualitatem & ſubjectio involvitur: Idque iterum duplici ratione (1.) tantùm realiter, Vid. Klock. *Relat. Camer. p.* 854. *n.* 6. ubi ſc. Vaſallus perſonaliter quidem non eſt ſubditus, habitans fortè in alio immediato territorio, ratione tamen rei feudalis, alteri quoad jus territoriale ſuppoſitæ, ſubjectionis juramentum, die Erb- und Landes-Huldigung / præſtare obſtrictus, hiſce fortè formalibus: getreu / hold / gegenwärtig und unterthänig zu ſeyn. Ubi tamen dictum vocabulum unterthänig non de plenâ & omnimodâ, adeoque etiam de perſonali, ſed, pro ſubjectâ materiâ, de minus plenâ, reali tantùm & particulari ſubjectione eſt explicandum: licet, uti dictum, plurimi Domini plenam & omnimodam ſubjectionem cum hac minus plenâ & reali tantùm, ad dilatandam ſuam poteſtatem, confundere callidè ſoleant Confer. hîc Strauchii *Inſt: juris publ, tit.* 29. *pag.* 145. *n.* 8. (1.) & realiter

renovatio investituræ â simultaneè investitis, etiam qui sunt remotissimo gradu, ni jure suo cadere velint, peti debeat; (In quo differt ab expectativâ, ubi non nisi eveniente casu mortis, & post acceptam possessionem, investituræ petendi necessitas incumbit) ni alicubi, ut de Lusatiâ superiori testatur Noric. in *Addit. ad Finckelth. D.* 8. *Contr.* 4. aliter receptum, ubi demum acquisitâ possessione feudi renovatione opus. Hoc quoque in simultaneâ investiturâ singulare, quod casu vacantiæ contingente, nulla simultaneè investitorum gradus prærogativa observetur, sed remotiores unâ cum proximioribus admittantur: ni itidem consvetudine (qualem in Thuringiâ invaluisse scribit Colerus *in Decisionibus.* Vid. Maurit. *Posit. Jur. Feud. Controv. Dec.* 10. *n.* 9.) aliud receptum, vel pacto; ut successio fiat nach rechter Sippzahl/ constitutum fuerit. An verò simultanea investitura in Saxoniâ usu recepta, & specialia â communi simultaneâ investitura habens, in feudis, quæ Saxones ab Imperio tenent, obtineat? disquisivit Colerus *in differt.* quæ Nucleó Gissensi inserta *de Jur. Imp. Germ. Sect.* 63. Confer supra *th.* 14. & Itter *de Feud. Imp. c.* 10. *n. ult.* Notandum tamen, simultaneam investituram sine consensu Vasalli possessoris fieri non posse Carpz. *lib.* 5. *Resp.* 75. licet non necesse sit, ut præcisè intercedat conventio de mutuâ & reciprocâ successione. Hartm. Pistor. *Lib.* 2. *Quæst.* 20. *n.* 2. nec dominus feudi invitus cogi potest, ut simultaneam concedat investituram ei quem Vasallus de feudo suo simultaneè investitum cupit. Jus simultaneæ investituræ transmittitur quoque ad hæredes, licet nulla eorum in literis investituræ facta mentio. Vid. Finckelth. *Disp.* 8. *Contr.* 5.

Th. LXIV.

Renovatio investituræ quomodo fiat?

Renovatio investituræ intra annum & diem (die civiliter, pro mense accepto, ut concilientur textus 1. *Feud.* 22. & 2. *Feud.* 24. *princ.*) petenda; quod tamen tempus in præjudicium Vasalli â Domino nec prorogari, nec coarctari potest. Vid. Maurit. *Posit. Jur. Feud. Controv. D.* 11. §. 2. & 3. Vasallus si intra hoc tempus renovationem non petat, stricto jure feudo cadit: at verò Principes & Domini feudorum consveverunt rigorem juris Feudalis mitigare & ob neglectam investituræ renovationem, si alia culpa non accedat, non facilè Vasallum feudo privant, sed condonant culpam, pœnâ saltim aliqua dictata. Quæ æquitas meritò hodie respicitur, idque observari etiam in Imperialibus feudis testatur Itterus *de Feud. Imp. c.* 11. §. 5. Maurit. *Posit. Jur. Feud. Contr. Dec.* 11. §. 6.

tt, §. 6. Mortuo Vaſallo ante anni exitum, ſucceſſori ejus ad petendam renovationem inveſtituræ non ſolùm reſiduum anni defuncti, ſed ex ſua perſona integer annus & dies dabitur, nulla diſtinctione facta inter feudum vetus & novum. (In feudo novo aliqui voluere tantum reſiduum antecèſſoris concedendum eſſe, contra tamen expreſſum textum) Perinde etiam eſt, ſi Dominus intra præfinitum tempus moriatur. Notandum quoque: Si feudum à pluribus fratribus ſimul pro indiviſo poſſideatur, uno ex illis mortuo, portionem defuncti ad ſuperſtites devolvi, vel potius in dominio eorum ſimultaneo permanere, nec ratione hujus inveſtituram petendam vel renovandam eſſe, quia poſſeſſores Vaſalli non mutati. Dn. Struv. *Obſ. Feud. p.* 73. § 2. Pro renovatione inveſtituræ uſu & conſvetudine ſolvi ſolet laudemium; (Lehn-Wahre) cum ergo jure feudali inveſtitura gratis fiat, merito allegans talem conſvetudinem in dubio probare obſtrictus eſt, vel per teſtes, vel per libros quos vocant Amts- und Erb-Regiſter Carpz. *P.* 2. *C.* 39. *D.* 31. & *lib.* 1. *Reſp.* 61. & 62. vide elegantiſſimum & abſolutiſſimum tractatum hac de materia B. Frantzckii.

Th. LXV.

Qui ſucceſſores in dominium directum feudi?

Curioſa quoque quæſtio eſt: demortuo domino directo ejusque familia, ad quem ſucceſſio in directum dominium ſpectet? an ad Fiſcum jure vacantium bonorum? an verò per conſolidationem ad vaſallum tanquam dominum utilem? Æquior ſententia, non fiſco ſed Vaſallo jus ſuccedendi eſſe, eò quod Dominus qui conceſſit feudum ut recognoſceretur à ſe & heredibus ſuis, tacitè voluiſſe cenſeatur, hæredibus non extantibus plenum dominium debere illi, cui jure feudi rem tradidit, obvenire Dn. Struv. *S. J. F. c.* 15. *a.* 3. *n.* 3. cui videtur contrarius Dn. Stryck. *Exam. J. F. c.* 22. *qu.* 7. Nec obſtat huic ſententiæ, quod ita præjudicetur agnatis, qui habent jus quæſitum; dum conſolidato feudo res fieret allodialis, & filiæ ſimul ſuccederent; Dicendum itaque videtur, quod illam qualitatem nihilominus retineat, ut ſolum ad maſculos pertineat ſucceſſio. Confer Antoni *Diſp. feudi* 12. *th.* 5. Quæritur verò: ſi dominus directus relictis liberis maſculis & fœminis moriatur, an tantùm ad maſculos, hæredes aliàs feudales, an verò ſimul ad fœminas ſucceſſio ſpectet? Prius volunt à Roſenthal. *c.* 7. *Concl.* 55. *n.* 3. *lit. b.* allegati Autores, pro qua ſententiâ etiam, tanquam jure feudali convenientiori, pugnat Dn. ab Eyben *in E. J. F. c.* 8. §. 1. & *ſeqq.* Hic tamen videtur diſtinguendum: Aut feudum dominans ſ. jus Dominii eſt feudale, quando quis feudum

dum suum vel partem ejus subinfeudat: aut est allodiale, ut quando rem liberam Dominus alicui in feudum confert. Priori casu in jure dominii haud dubiè eodem modo ut in aliis feudis succeditur, quia in ordine ad dominium superius itidem dominium utile feudale est: Posteriore ex communi sententiâ feudistarum allodiales hæredes indistinctè succedunt; cum tale jus dominii directi se habeat allodialiter. D. Eyben. *c. l.* §. 3. Rhetius *Jur. Publ. lib.* 2. *tit.* 29. *n.* 9. Hîc tamen probè notandum, quod hæredes Domini dividere non possint inter se jus feudi, s. jus ratione directi dominii competens, in præjudicium Vasalli, *per text. 2. feud.* 55. §. 1. atque ita responsum est in Scabinatu Jenensi mens. Octobr. Anno 1617. ad consultationem Joh. Henrici Müflings Weiß genandt. Conf. Dn. Struv. *Observ. Feud. p.* 73. *& p.* 82.

Th. LXVI.

Constitutio Friderici Barbarossæ: de prohibita feudorum regalium divisione in 2. *Feud.* 55. satis clarè divisionem horum feudorum improbare videtur: At verò satis notum, in plurimis Germaniæ territoriis divisionem hactenus observatam. Quid verò, si hactenus Ducatus vel Comitatus divisioni non obnoxius, à Principibus & Comitibus, in communione viventibus, peteretur dividi, an illa divisio concedenda? an potius consvetudini hactenus receptæ inhærendum? Dn. Struv. *Observ. Feud. ad c.* 9. §. 1. rationibus pro & contra adductis tandem decidit: fieri id posse; quin & uno vel altero, in communione stante, dissentiente, cum nemo in communione persistere cogi queat §. 2. Nec testamento paterno in perpetuum divisionem prohiberi posse §. 3.

An feuda Regalia dividi queant?

Th. LXVII.

Si hactenus Principatus vel Comitatus feudalis divisioni obnoxius fuit, primogenitura, ut in multis regionibus hactenus fieri consvevit, haud dubiè ob publicam utilitatem introduci poterit. Ut verò justè & ritè id fiat, si feudum vetus & ex pacto & providentia, præter cætera sequentia observanda: ut (1.) Imperatoris tanquam Domini directi accedat consensus & confirmatio, (2.) Consentiant omnes quorum interest, quibusve, tanquam ex illâ familia prognatis, ex primi acquirentis pacto & providentia juris feudalis jus quæsitum, quod iis invitis auferri nequit: tales solent esse liberi & agnati Principis Comitisve: Parentes enim, ut notissimi juris feudalis est, sua dispositione neque inter vivos, neq; testamentaria liberis, multo minus agnatis, præjudicare queunt; (3.) ut liberis postgenitis decenti

An & quomodo jus primogenituræ noviter introduci possit?

appanagio proſpiciatur. Quod ſi vero feudum novum ſit, cui jus primogenituræ quis inducere intendit, non videtur opus, ut conſentiant liberi vel agnati, ſed ſola Imperatoria confirmatione accedente id juſtè introduci poteſt Conf. *Itter. de Feud. Imp. c.* 12. §. 11. & *ſeq.* ſemel verò introducto jure primogenituræ, non tantùm ipſum territorium, ſed & ejus pertinentiæ, pecunia in Cameram redacta, equi, greges, aliaq; te territorii emolumenta & reliqua mobilia aurea & argentea, vinum, theſauri, tormenta & id genus alia è terris hiſce provenientia ad primogenitum ſolum ſpectant, non admiſſis reliquis fratribus ad harum rerum, licet allodialium, ſucceſſionem; Jure enim pertinentiarum tanquam acceſſoria ſuum principale ſeqvuntur vid. Myler. ab Ehrenb. *de Princip. & Stat. Imp. c.* 21. §. 18. & 20. Hic verò cautè obſervandum, regionibus aliis poſtea acquiſitis jus primogenituræ non præſumi introductum, adeoque parentibus liberius diſponendi arbitrium circa eas relictum, ita ut non primogenito, ſed poſtgenitis illas per teſtamentum vel alia diſpoſitione relinquere fas ſit; niſi evidenter & manifeſtò territorio, cui jus primogenituræ inductum, ita incorporatæ probentur, ut & eodem jure cum eo cenſeantur, quod tamen in dubio, & citra manifeſtam declarationem vix præſumitur. Porro introducta ſemel primogenitura, parens filio primogenito nec jus iſtud intervertere, nec in ejus præjudicium quid vel teſtamento vel inter vivos diſponere poteſt; Ita enim in prima linea redicatum hoc jus eſt, ut ne quidem parens in præjudicium filii, etiam poſt ceſſionem geniti, jus primogenituræ fratri reſignare queat. Vide itidem Dn. Itter *de Feud. Imp. c.* 12. §. 25. Reſignatio enim & ceſſio tantùm effectum habere videtur ad tempus vitæ cedentis.

Th. LXVIII.

Quid juris quoad legitimatos & ex matrimonio ad morganaticam natos?

Legitimati per ſubſequens matrimonium, licet ſecundum 2. *Feud.* 26. §. *naturales* ſtricto jure à ſucceſſione removendi videantur, univerſali tamen ferè Germaniæ conſvetudine, ut ut alii ex juſto matrimonio nati filii extent, tam in minoribus quam majoribus & regalibus feudis, teſtibus Feudiſtis & Publiciſtis, admittuntur; proinde ab ea conſvetudine in judicando & conſulendo non recedendum. Vid. Maur. *Poſit. Jur. Feud. Contr.* D. 9. §. 1. At verò legitimati per reſcriptum Imperatoris non æquè tali jure videntur gaudere, imprimis ſi aliis legitimis liberis agnatisve jam tùm jus quæſitum, quod ipſis invitis auferri non poteſt. Vid. Itter. *de Feud. Imp. c.* 14. §. 5. & *ſeqq.* Quin quod etiam Dn. Struv. *Obſ. Feud. p.* 70. Jenenſes Domi-

Dominos JCtos pronunciasse asserat, quod, dum Nobilis cum consobrinâ, non impetratâ dispensatione, matrimonium inierit, & dehinc relictâ uxore gravidâ mortem obierit, feudum non venerit ad filium posthumum, sed defuncti fratres in simultaneâ investiturâ comprehensos. Nullum verò dubium liberos ex matrimonio inter Principem & inferioris conditionis fœminam inito æquè ut ex Principissa genitos, in feudis regalibus succedere, nisi præcisè matrimonium ad morganaticam, ubi certâ portione hi liberi debent esse contenti, sit contractum: quo casu tamen, si postea deficiant vel demoriantur alii liberi, in dubio ex matrimonio ad morganaticam contracto geniti ex præsumta mente & intentione Principis admittendi in subsidium videntur. Vide laudatum Dn. Itterum *cap.* 14. §. 10. & Myler. ab Ehrenb. *Gamol. c. 6.* §. 35. & *seq.*

Th. LXIX.

In feudis fœmininis quomodo succedatur?

In feudis fœmininis, quorum aliqua in Imperio nostro reperiuntur, id moris esse solet, ut demum deficientibus masculis admittantur. Unde quæritur, si fœmina semel ad successionem admissa & deinceps nascantur masculi, an iterum excludatur? quod secundùm communem sententiam negatur, juxta quam ad dies vitæ feudum retinet. Vid. Ludvv. *de Feud. pag.* 195. Dn. Mauritius verò *Posit. Jur. Feud. Contr. Dec. 9.* §. 8. existimat quod siquis uxorem prægnantem reliquisset, eaque deinceps masculum vel fœminam peperisset, aliter pronunciandum esse. Struv. *S. J. F. c. 9. a. 8. n. 9 p.* 334. Porro si fœmina semel per masculum sit exclusa, non propterea in perpetuum exclusa intelligitur, ut communis Dd. sententia est, quos vide penes laudatum Dn. Mauritium *c. l.* §. 9. In Ducatu Megapolitano ex singulari privilegio filiæ, non extantibus fratribus, feuda paterna tanquam usufructuariæ ad vitam retinent, Dn. Struv. *Obs. Feud. p.* 71.

Th. LXX.

Ascendentes & collaterales quomodo succedant?

Ascendentium in feudis ordinariè nulla successio; in specialibus tamen quibusdam casibus ascendentes ad feudorum successionem admitti tradit Dn. Struv. *Synt. Jur. feud. c. 9. a. 3. n. 3.* & Rosenthal. *c. 7. concl.* 14. *n. 9.* Neque collateralium, qua talium, successio in feudo est, & licet quandoque ad agnatos tanquam collaterales feuda transire videantur, respectu tamen primi acquirentis potiùs descendentes quàm collaterales dicendi. Quæritur verò, an in collaterali linea, soli si sint fratrum filii, succedatur in stirpes, an verò in capita? Hac de re acerrime, uti constat, fuit disputatum in causâ Hassiaca: Communis senten-

tia eſt, æquè ut in allodialibus ſucceſſionem fieri in capita. Vid. Itter. *de Feud. Imp. c.* 15. §.10. Maurit. *Poſit. Jur Feud. Contr. D.* 9.§.10. Dn. Struv. verò *Obſ. Feud. c.* 9. §. 4. exiſtimat, in linea collaterali, ex mente juris feudalis, contra communem ſententiam, attendendum eſſe jus repræſentationis in infinitum.

Th. LXXI.

An in feudis diſpoſitio teſtamentaria locum habeat?

In feudis veteribus & ex pacto & providentia nulla teſtamentaria diſpoſitio locum habet 1. *Feud.* 8. &, ſi nihilominus fiat, prout Reinking. *lib.* 1. *de R. S. & Eccl.* 4. *c.* 17. *n.* 16. *& ſeqq.* non rarò id contingere aſſerit, tamen liberi ſtricto jure diſpoſitionem paternam attendere non ſunt obſtricti, ni velint ex pietate & reverentia parentum diſpoſitiones & forte inæquales diſtributiones in feudis ſponte ſervare, prout hujusmodi diſpoſitiones circa feuda Imperialia hactenus factas, ſi non omni ex parte, ſaltim aliquatenus ſervatas legimus. Quod ſi verò feuda ſint hæreditaria, nullum dubium, teſtamentariam diſpoſitionem inibi admitti. Confer hîc Schilter ad Digeſt. *p. m.* 12. *Exer.* 4. *th.* 27.: quin & ſi feuda nova ſint, citra conſenſum liberorum, imo etiam ex mente Dn. Struvii *Synt. Jur. Feud. c.* 9. *a.* 12 *n.* 4. ne quidem adhibito conſenſu Domini directi, fieri poteſt. Inde etiam eſt quod Idem *Obſerv. Feud. ad c.* 9. §. 8. aſſerat: filium à patre exhæredatum in feudo antiquo nihilominus ſuccedere. Id tamen certum, quod pater tutorem in teſtamento quoad bona feudalia liberis dare queat; Ubi tamen quæritur, an tutor teſtamentarius, vel etiam legitimus pupilli Principis quoad renovationem inveſtituræ Imperialis, vel alia nomine pupilli tractanda, Cæſarea & Imperiali opus habeat confirmatione? an verò tantùm ſufficiat produxiſſe loco curatorii copiam collationatam teſtamenti in quo conſtitutus eſt, vel aliud legitimum documentum? Dn. Struv. *Obſ. Feud. ad c.* 10. §. 3. Imperiali confirmatione opus eſſe è Blumio probat; Id quoque dicta Obſervatione *p.* 75. inſimul monet, petitioni inveſtituræ inſeri poſſe petitum de confirmatione, illamve inveſtituram Cæſaream ſubſequi ſolere.

Th. LXXII.

An ſucceſſores feudales obligati ad debita ſolvenda?

In illuſtribus Germaniæ familiis valde agitata controverſia eſt, quomodo debita Vaſallorum à ſucceſſoribus exſolvenda? Si feudum novum vel etiam plenè hæreditarium ſit, ſine dubio ſucceſſores feudales debita anteceſſorum, quæcunque demum ſint, ſolvere obſtricti ſunt. Si verò feudum vetus & ex pacto & providentiâ ſit, quilibet ſucceſſores

debita

debita præcisè feudalia, ſ. feudis inhærentia (quæ talia ſint, ubivis tractant Feudiſtæ) haud dubiè etiam ſolvere tenentur: At v. quod alia non præcisè feudalia debita attinet, videtur hîc diſtingvendum: an filii, an verò agnati in feudo ſuccedant? deinde an bonis feudalibus inſeparabiliter admixta quoque ſint bona allodialia? prout in plerisque Principatibus, Comitatibus &c. talis congeries bonorum eſſe conſvevit, uti ſupr. *th.* 55. dictum. Hoc caſu, ubi ſcl: in Principatum tanquam univerſitatem bonorum feudalium & admixtorum allodialium ſucceditur, dubio procul ad ſolvenda debita anteceſſorum, etiam non feudalia, obſtricti ſive liberi ſive agnati tantùm ſint. Add. Dn. à Rhetz. *Comment. ad* 1. *Feud.* 3. *p.* 189. *ſeq. & Diſſ. de transmiſſ. territor. Germ. in ſucceſſ. c.* 3. *n.* 19. *ſeqq. & II. Inſt. Jur. Publ. c.* 27. §. 1. 2. 3. *& III. c.* 1. §. 2. 3. 18. (Dn. Franzkius quidem in Reſponſo à Dn. Struv. *S. J. F. c.* 14. *a.* 29. *n.* 5. allegato indiſtinctè ſucceſſores in feudis Regalibus debita prædeceſſorum contracta, licet non ſimul hæredes in allodialibus ſint, & quamvis Cæſaris ſpecialis conſenſus non intervenerit, ſolvere obſtrictos eſſe aſſerit: Cui tamen plures, & merito, contrarii; inter quos Myler. *Nomol. c.* 14. *n.* 7. Stuck. *Conſ.* 26. *n.* 91. *& ſeqq.* & imprimis *n.* 113. *& ſeqq.* ubi nonnulla Cameræ præjudicia adducuntur. Thoming. *Conſ.* 18. *n.* 86. *& ſeqq.*) Quod ſi verò agnatus ſuccedat ei qui feuda vetera & ex pacto & providentia & ſimul bona allodialia à feudalibus ſeparabilia habet, tunc, repudiatâ hæreditate allodiali, in bona feudalia tantùm ſuccedere poteſt, debitis & oneribus non feudalibus non ſolutis: ſi verò filii parentibus habentibus bona & feudalia & allodialia ſuccedant, ſecundùm communem Dd. ſententiam filiis ut agnatis itidem liberum, in veteri feudo, repudiato allodio eique annexis debitis, ſuccedere. Vid. Roſenth. *c.* 7. *Concl.* 21. *&* 22. aliique à D. Struvio *S. J. F c.* 14. §. 30. *n.* 1. allegati Autores. At verò Dn. Struv. *cit. loc. n.* 2. *& c.* 9. *a.* 11. e textu 2. *Feud.* 45. cum plurimis etiam autoribus ſtatuit, filium, repudiando hæreditatem allodialem ad evitanda onera hæreditaria, ſolùm acquirere feudum non poſſe, ſed vel utrumque & feudum & allodium repudiandum, vel utrumque cum oneribus acceptandum eſſe. Quæ ſen-

hæreditatem allodialem. In successoribus Ecclesiasticis justum, ut debita ab antecessore ad Reip. & territorii utilitatem contracta exsolvantur. Add. Grot. *de J. B. & P. l.* 2. *c.* 14. *n.* 11. *&* 12. Dn. Itter. *c.* 18.

Th. LXXIII.

An & quâ ratione Vasallus feudum in alios transferre possit?

Licet in jure feudali alienatio feudorum sine consensu Domini illicita, non tamen prohibita subinfeudatio, vel vitalitii ususfructus & temporariæ servitutis feudalis in alterum translatio. Vid. Rosenth. *de Feud. c.* 9. *concl.* 10. *n.* 5. (unde etiam est, quod in feuda, ratione fructuum, immissio fieri possit ob æs alienum Vasalli, Dn. Struv. *S. J. F. c.* 12. *a.* 7. *n.* 2. *&* 4.) vel concessio rei feudalis in emphyteusin sub certo annuo canone. D. Mauritius *posit. Jur. Contr. feud. Decad.* 14. §. 5. Quousque verò durat talis concessio & subinfeudatio? Resp. quousque jus concedentis & subinfeudantis, Vid. Rosenth. *c.* 9. *concl.* 48. *n.* 9 *seqq.* D. Ziegler. *de Jur. Maj. c.* 4. *n.* 8. adeò ut resoluto jure subinfeudantis, talem rem quondam alienatam vel Dominus feudi vel agnatus, etiam sine refusione pretii, à possessore revocare queat; nullâ obstante præscriptione, ne quidem 30. vel plurium annorum, Rosenth. *de Feud. c.* 9. *concl.* 11. *n.* 4. *&* 84. *num.* 12. *seqq.* Dn. Struv. *S. J. F. c.* 13. *a.* 18. *& Obs. Feud. p.* 94. §. 10. dum enim Domino vel agnato ante aperturam nondum jus succendi quæsitum, adeoque nec actio nata; hinc nec culpa & negligentia ipsis imputari potest. Conf. Excell. Dn. Herold. *Consil. Decisivum* 41. Quæritur ulterius: Si subvasallus feudum alienare cupit, cujus consensum requirere debeat? an solùm subinfeudantis, an primi Domini directi, à quo subinfeudans feudum habet; an utriusque? Distingvendum inter feuda, quæ ipsi Vasallo possidenda conceduntur, & inter ea quæ feudo concesso subjecta à subvasallis possidentur & aliis hactenus subinfeudari sveverunt. In horum alienatione (hîc tamen intelligo non plenariam rei feudalis in allodialem transmutationem, quæ jure feudali ne in primi quidem Domini non consentientis præjudicium sine feloniâ fieri potest, sed tantum dominii utilis in alium subvasallum translationem) solius immediati Domini consensus sufficit; in illorum verò, si ultra vitam subinvestientis durare debet feudum, utriusque Domini, mediati & immediati, requiritur consensus, si non nisi ad vitam subinvestientis Vasalli; illius consensus sufficit. Conf. Dn. Maur. *Pos. Jur. Feud. Contr. Dec.* 13. §. 8. Quid verò si à Domino Vasallo, e. g. Comiti, feudum cum facultate subinvestiendi expressè datum? tunc mortuo Vasallo, hæredibus feudalibus non relictis, subinve-

stiti

ftiti ob pactum expressum confirmandi, modo tamen ejusdem conditionis subvasallus (excluditur ergo civitas, fœmina &c. utpote ab intermedio & subinfeudante diversæ conditionis) sit subinvestitus: Intentio enim primi investientis haud dubiè fuit, ut subinvestitura eodem modo, quo investitura, fieri debeat. Porro è supra dictis nota: quod Domini feudi concessio & traditio ususfructus vitalitii rei feudalis consolidatæ (erledigter Mann-Lehn Güther) ob debitum alimentationis filiarum vel sororum ultimi vasalli subsidiarium, absque investiturâ facta, non tribuat possessori jus feudi, sed constitutionem nudi ususfructus, cujus recadentia feudalis non ad successorem Domini directi singularem, sed ad Vasallum novum demortui Dómini feudi cum consensu usufructuarii investitum spectat. Sine investitura enim nullum feudum constituitur, per text. 1. *Fend.* 25. ibique Dn. à Rhetz. §. *f. n.* 1. 2. *juncto.* 1. *Fend.* 2. §. *f.* Rosenth. *c.* 6. *concl.* 1. *n.* 4. 5. *& concl.* 2. *n.* 1. Ita responderunt de jure Domini JCti Lips. Rostoch. & Hallens. Mens. Mart. & Apr. anno. 1687. *&* 1688. Weil die Lehn quæstionis schon anno 1681. durch den Tod des letzten Vasalli würcklich erlediget / dessen Schwester aber nichts mehr als nur der blosse ususfructus, sine dominio utili, ad dies vitæ ohne Belehnung zugeschrieben; allermassen sie denn auch / besage der Lehns-Registraturen / mit der gesuchten Belehnung abgewiesen worden. In Gegentheil aber gedachte Lehn cum consensu ejusdem usufructuariæ & Curatoris, salvo tamen ad dies vitæ usufructu, anno 1669. vom damahligen Lehn-Herrn anderweit wieder verliehen und das dominium utile conferiret worden / und dahero aus dem bedingten Ruckfall der ietzigen Lehns-Curiæ kein Recht zustehen kann / so ist auch die Lehns-Curia nicht befugt / vom novo Vasallo und possessore noviter investito diese Lehn sub prætextu caducitatis zu vindiciren / sondern vielmehr mit der Klage abzuweisen V. R. W.

Th. LXXIV.

Quædam subjicienda de alienatione feudorum Imperialium. Magni nominis JCti illam, quin & oppignorationes, sine Imperatoris con- *An in alienatione feu-*

nec alienationes à Principibus sine Imperiali consensu factas ab Imperatore continuò ex capite feloniæ revocari; imprimis si sub qualitate feudali, quam ipsi habent, iterum aliis bona cessa & relicta sint: tamen si territorium aliquando devolveretur ad Imperatorem vel agnatos non consentientes in talem alienationem vel oppignorationem, quis dubitaverit pronunciare, non tam ipsum feudum, quàm fructus & commoditatem feudi s. vitalitium usumfructum â Vasallo videri quondam alienatum & oppignoratum; adeoque resoluto jure alienantis & oppignorantis, resolvi quoque jus accipientis? Quoad hanc controversiam adde Dn. Struv. *S. I. F. c.* 14. *a.* 29. Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. l.* 1. *c.* 4. *n* 27. *&* 28. Dn. Stryck. *D. de Obl. Feud. Conf. mun. c.* 2 *n* 9. *seqq.* Itter. *de F. J. c.* 23. Specialiter hîc notandum quod c. 10. §. 2. A. B. Electoribus â Carolo IV. privilegium datum, qualiacunque bona â Statibus & Principibus Imperii comparare, ita ut non opus specialem dehinc Imperatoris requirere consensum, modò tamen bonis inhærentia onera & qualitates simul â comparantibus Electoribus suscipiantur. Quod privilegium reliqui Status Imperii, ut multa alia, v. g. jus metallifodinarum, postea sibi quoque arrogasse videntur, ut è modò dictis apparet.

Th. LXXV.

An liberi parentum alienationes feudales revocare possint?

De liberis Vasalli alienantis valdè agitata etiam quæstio est: An & illi, cum consensu forte Domini directi â parentibus factas alienationes ratihabere adeoque non revocare teneantur? Si quidem interiùs & accuratius textus feudales inspiciantur, nullum est dubium, quod liberis, non æquè ut agnatis non consentientibus, tale jus revocandi sit datum: Verùm communis sententia in Germaniâ contrarium sustinet, statuens: in feudis antiquis & ex pacto & providentiâ perinde ut agnatis jus revocandi esse, cum jus in feudis succedendi non tam â parentibus, quàm â primo acquirente, quæsitum habeant Vid. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c.* 13. *a.* 16. Dn. Itter. *de Feud. Imp c.* 23. §. 13. qui etiam contra communem sententiam liberis jus revocandi denegat.

Th. LXXVI.

Specialia quædam observanda.

Coronidis loco specialia quædam & notatu digna adhuc subnectamus è Dn. Struvii Observationibus Feudalibus. Venditio in feudis, licet aliàs sine consensu Domini illicita, sustinetur tamen facta in agnatum sub prima investitura comprehensum 2. *F* 26. 1. *F.* 39. Dn. Struv. *c. l. p.* 81. Si debitor ipse non petierit consensum Domini in oppignorationem feudi

sed

ſed creditor impetraverit,non valet hypotheca : Quod ſi tamen Vaſallus, idemq; debitor,ſub conditione petendi & impetrandi conſenſum Domini, hypothecam in re feudali conſtituerit, valet poſtea à debitore impetratus conſenſus. *Id. p. 9*. Vaſallo de bonis feudalibus & allodialibus diſponente, ejus diſpoſitio tantùm quoad allodialia valet. *Id. p.* 93. §. 7. Si feudum cum conſenſu Domini & agnatorum oppignoratum ac ſimul bona allodialia, creditori competit electio, an prius ab agnatis poſſeſſoribus feudi, an verò ab hæredibus allodialibus debitum exigere velit. Id. *p.* 136. §. 20 Cenſus, unbetagte Zinſen / mortuo Vaſallo inter ſucceſſores allodiales & feudales pro rata temporis dividendi *Id. p.* 127. Idem eſt in lana ovium tempore mortis Vaſalli non detonsa. Id. *p.* 128. Dominus poteſt creditoribus adjudicare feudum, ſed non præjudicatur agnatis, quibus jus revocandi ſuo tempore competit; niſi ob onera & debita feudalia feudum diſtractum fuerit. Id. *p.* 104. §. 2.

Ne paginæ ſequentes maneant vacuæ, elegans Reſponſum JCtorum Wittenbergenſium 1663. adornatum, cujus mentio ſupr. th. 74. facta, ſubnectere hîc placet.

Hat Eur. Durchl. Herr Bruder / der Durleuchtigſte Herr N. auf E. Durchl. nunmehr verfellten Landſchafft unterſchiedliche Stück / in gleichen Regalia und Hoheiten an frembde Perſonen vereuſſert / und zu Affterlehn verliehen / und es will E. Durchl. ob derſelben als Succeſſori dergleichen zum Præjudiz geſchehen könen / Zweiffel entſtehen / nach mehrerem Inhalt

noch aber und dieweil E. Durchl. Herr Bruder keine mannliche Leibs-Lehens-Erben nach sich verlassen/ und E. Durchl. als nechster agnatus, vi primæ investituræ, die Landschafft angetreten/ die Feuda regalia auch ohn dem nicht wohl zum Afterlehen ausgethan werden können / so erscheinet dannenhero so viel / daß die verliehene subfeuda durch tödlichen Hintritt des subinfeudantis erloschen / und E. Durchl. als Successor an dieselbe nicht gebunden/ es were dann/daß E. Durchl. dero consens dazu gegeben/ oder wäre dero Herr Bruders Erbe worden / oder es wären sonsten die zum Afterlehen verliehene Stücke/ oder auch die gantze Provintz / von welcher solche Stücke dependiren / kein Stamm- sondern Erb-lehen / oder es wären solche Stücke hiebevor schon durch eine hergebrachte Gewohnheit jederzeit zu Afterlehen verliehen worden ; auf solcher Fälle einem wäre E. Durchl. Dero Hr. Bruders Belehnungen zu halten schuldig.

FORMULA INVESTITURÆ
Cujus suprà th. 36. facta fuit mentio
Ubi
REX à PRINCIPE FEUDUM TENET.

Lehn-Brieff

Uber das gantze Stadt- und Budtjadinger Land.

Von

VOn GOTtes Gnaden Wir Georg Wilhelm Hertzog zu Braunschw. und Lüneb./ Thun kundt und bekennen in diesem Unsern offenen Brieffe/ für Uns/ Unsere Erben und Nachkommen/ gegen Männiglichen/ daß Wir/ als jetziger Zeit Eltester regierender Hertzog zu Braunschw. und Lüneb./ im Nahmen des gesambtem Fürstl. Hauses/ nach tödtlichem Hintritt/ des Weiland Hoch= und Wolgebohrnen/ Unsers lieben Oheimem und getreuen Anton=Güntern Graffen zu Oldenburg und Delmenhorst/ Herrn zu Jevern und Kniephausen/ vermöge des/ den 19. Martii Anno 1653. in der Stadt Hamburg auffgerichteten Vertrags/ dem Durchläuchtigsten/ Großmächtigsten Fürsten/ Herrn Friederichen dem Dritten/ zu Dennemarck/ Norwegen/ der Wenden und Gothen König/ Unserm Hochgeehrten Herrn Vettern/ Schwagern und Gevattern/ als itziger Zeit Eltisten Königl. und Fürstl. Schleswig=Holstein Gottorffscher Lini/ zunebenst denen Hochwürdigen Durleuchtigen Fürsten/ Herrn Christian Albrechten/ für Sich und zu mit Behueff Herrn August Friederichen respectivè Erwehlten Bischoffen und Coadjutorn des Stiffts Lübeck/Erben zu Norwegen/ Hertzogen zu Schleswig-Holstein/ Stormarn und der Dithmarschen/ Graffen zu Oldenburg und Delmenhorst/Unsern auch freundlichen lieben Vettern/und Ihren Männlichen Leibes Erben/ zu einem rechten Erb=Mann=Lehn in absteigender Linie/ belehnet haben/ und belehnen Sie gegenwärtig/ in Krafft dieses Brieffes/ mit dem gantzen Stadt= und Budjadinger Lande/ die hiebevor gestrittene zwey Drittheil mit eingeschlossen/ mit Leuten und Einwohnern/ mit allen Gerichten und Rechten/ über Halß und Hand/ mit Diensten/ Zinsen/ Gefellen/

der Hoheit und Gerechtigkeit darüber / mit Weiden / Zollen und Geleiten / als die nun seyn / und zukünfftig / mit Würpen / Thodrifften und Insuln darzu kommen mögen / mit allen Herrligkeiten / Obrigkeiten / Freyheiten / Gerechtigkeiten / Geistlichen und Weltlichen Ahnen / und sonst mit allen andern Zubehörungen / wie die billig ihre Nahmen eignen oder genennet werden mögen / groß und klein / nichts außgeschlossen / in aller Massen dann Ihre Kön. Mayt. und Ld. und Dero Mit-Belehnte / nach Inhalt obangezogenen Vertrags dieselbe nunmehr zu Lehen zu empfangen und zu tragen schuldig seyn / derselbigen Güter sollen und wollen Wir Ihrer Kön. May. Ld. und dero Mit-Belehnten / rechter bekenniger Herr und Gewehr seyn / vor aller rechten Ansprache / so offte Wir darzu gefodert werden / und Wir zu rechte zu thun schuldig / Dahingegen Dieselbe und Ihre Leibes-Lehens-Erben Uns / und Unserm gesamtem Fürstl. Hause / wegen dieser obangeregten Lehnstücke / vermög der Lehn-Rechte / und des darüber in Anno 1653. auffgerichten Vertrags treu und hold seyn / Unser Bestes befordern und Arges abwenden helffen / auch so offte diese Lehne zu Falle kommen / solche gebührlich muthen und empfangen lassen / dessen zu Uhrkundt haben Wir Unser Fürstl. Groß Insiegel an diesen Brief wissendlich hangen lassen / denselben auch mit eigen Händen unterschrieben / So geschehen zu Zelle / d. 8. Mart. 1668.

